

Oeconomica Aristotelis

<https://hdl.handle.net/1874/432641>

2

OECONOMI

CA ARISTOTELIS A CHRISTO
phoro Hegendorffino & latina fa-
cta, & annotationibus illustrata.

Vna cum textu græco ipsius Ari-
stotelis, latinæ uersioni subiecto.



Haganoæ excusum in officina
Petri Brubacchii. Anno
Domini M. D. xxxv.
Mense Iulio;

ECONOMY

of the United States
as a basis for the
National Bank

and the
National Bank

1837

History of the
National Bank

of the United States

as a basis for the
National Bank

REVEREN

DO IN CHRISTOPATRIDO

mino Petro Zcedrario, Abbati monaste

rii Portensis, dignissimo Domino &

amico charissimo, Christopho

rus Hegendorphinus

S.D.



RÆLEGI in-
uentuti meæ, Re
uerende Domine
œconomica Ari-
stotelis, quod in
illis multa esse ui
debam quæ ad œ-
conomiam etiam
hoc nostro secu-
lo non parum sa-
cere possunt. Ip-

se autem œconomica è græco in latinũ cõuerſi, quod tra-
lacio illa, quæ passim circumfertur, mihi nescio quo pa-
cto minime placet. Nam præterquam quod obscura est,
etiam multis in locis mihi insuavis prorsus esse uidetur.
Quid ego in uertendo præstiterim, aliorum esto iudicũ.
hoc certe uere adfirmare possum, me in uertendo dili-
genter studuisse ut quàm posset fieri maxime lucide Aris-

A ij

EPISTOLA

stotelem uerterem, & stylum ita temperaui, ut homini nō
 prorsus fastidioso nauseam mouere possit nullā. Quod
 si forsitan non omnibus in locis mihi res ut uolui successa
 sit, ueniam me apud candidos promeriturum spero. Nā
 cum & uiri illi doctissimi, qui ante me oeconomicā uerte
 runt, non paucis in locis penitus a græco Aristotele (id
 quod si in aliorum hominum erratis detegendis inge
 niosus esse uellem, facile ostendere possem) aberrarint.
 Quid mirum si ego alicubi aut non sententiam Aristote
 lis assecutus sum, aut ab ipso fonte aliquantulum aberra
 ui. Tibi uero, Reuerende pater, oeconomicā istā dicare
 uolui, partim ut tibi istā dignitatem, ad quam nuper ada
 modum euectus es, publico aliquo scripto gratularers
 partim ut sub nominis tui auspicio hæc in lucē edita om
 nibus bonis gratiora esset. Nec ut spero, aliquis hoc me
 um institutū reprehendet, quod tibi uiro sacrarū litera
 rum studijs dicatos hæc prophana nuncupem. Nam cui
 non constat, te propter dignitatem istam, ad quam te eue
 xit deus, oeconomum esse factum & rerum temporalium
 & spiritualium. Temporalium quidem quod & de uictu
 quotidiano familiæ tuæ tibi a deo commissæ sollicitus esse
 cogeris. Spiritualium uero, quod te, ut fidelem οἰκονομ
 μὴν μυστικῶν θεῶν, ut Pauli uerbis utar, familiæ
 quoq; tuæ in uerbo docendo fideliter præesse oporteat.
 An non igitur maxime conuenit ut tibi uero oeconomico,
 oeconomicā nuncupem? Et esto in oeconomicis Aristotele
lis nō

EPISTOLA

lis nihil comperiat, quod te dignum sit, id quod nescio
 an aliquis, frontis quamuis perfrictus homo, dicere aude-
 bit, tamen in scholijs nostris, in quibus subinde monemus
 quid & sacrae literae de oeconomia praecipiant, occurrēt
 forsitan aliqua, quae tibi sacrarum literarum studiosissi-
 mo non ingrata fore spero. Te oro, Reuerende domi-
 ne, ut hoc quicquid est, quod tibi dicamus in bonā
 partem accipias. Nam quamuis animus meus
 erga te tibi antehac non ignotus est, ta-
 men in his oeconomicis tibi dicatis
 animum meum tibi testatissi-
 mum facere uolui. Bene
 Vale Domine co-
 lendissime, &
 me, quod fa-
 cis, ama.

OECONO

MICA ARISTOTE

lis a Christophoro He
gendorphino latine
conuersa



ECONO
mica & po
litica disse
runt, nō so
lum tñ quā
tum domus
& urbs :
hæc .n. ip
sis sunt sub

iecta, sed & q̄ politica ex multis ma
gistratibus cōstat, Oeconomica ue
ro monarchia est : quedā igitur artes
distincte sunt. Nec̄ eiisdē est & face
re, & eo, quod factū est uti, quemad
modum lyra & fistulis. Sed politicæ
est, &

est, & ciuitatem primū constituere,
 & cōstituta recte uti, proinde liquet
 etiā, quod & œconomia sit, tum do-
 mum possidere, tum domo uti. Ciui-
 tas igitur est domorum multitudo,
 agri & possessionum copia sufficiēs,
 ad bene uiuēdum instituta. Id quod
 uel hoc arguit: quādo enim ciues illo
 potiri non poterunt, & societas diri-
 mitur. Præterea huius gratia conue-
 niunt, cuius gratia quodlibet & est
 & constituitur, ac substantia eius exi-
 stit. Idcirco apparet quod œconomi-
 ca prior sit generatione quam politi-
 ca. Etenim opus est. Nam particula
 ciuitatis domus est. Oeconomia igitur
 tractanda erit & quod eius sit of-
 ficiū. Partes uero domus homo &
 possessio sunt. Quoniā autē primū
 in minimis, natura cuiuslibet per-
 spicitur, & de domo similiter se ha-

bere poterit. Quare secundum Hesi-
 odum suppetere oportebit domum
 primum, uxore, & bouem aratore.
 Nam bos principem habet locum in
 victu, mulier in hominibus liberis.
 Idcirco oportebit ut quæ ad uxoris
 consuetudinem pertinent, recte con-
 stituantur, id quod futurum est, si ta-
 lem in principio statim instituerimus
 qualem esse oportet. Ceterum pos-
 sessionis prima cura sit, ut acquiramus
 eam, quæ secundum naturam est.
 Secundum naturam est agricultura
 primum, deinde & aliæ quæcunque a
 terra proueniunt, qualis est possessio
 metallorum, & si quæ alia huius fari-
 nę est. Sed agricultura maxime, quia
 iusta est: neque enim ab hominibus uol-
 untarijs comparatur, quemadmo-
 dum quæstus cauponarum, & lucrum
 eorum quia aliquid pro mercede faci-
 ciunt.

ciunt. Neq; ab hominibus inuitis, quemadmodum ea, quæ acquiruntur in bello. Preterea & illis rebus cōsistit, quæ natura producit. Natura enim a matre alimonia omnibus supeditatur. Proinde & hominibus a terra uictus subministratur. Adhuc & ad fortitudinem agricultura multum conducit. Non enim quemadmodū artes operariæ corpora inutilia reddūt, agricultura quoq; corpora inutilia reddit, sed p̄stat ut & subsidio stare & in laborē incūbere, præterea ut aduersus hostes pericula adire possint. Etenim solum agricolarū possessiones extra munitiones sitæ sunt. Porro inter alias curas, quæ circa homines sumendæ sunt, prima cura sit circa uxorem: nā societas mariti & foeminae maxime natura constat. Etenim & alijs in libris a nobis dispu

ARISTOTELIS

tatum est, quod natura multa similia
 efficere desiderat, quemadmodum
 & quodlibet animal, sed fieri nō po-
 test ut femina sine uiro aut uir sine fe-
 mina hoc perficere queat. Idcirco so-
 cietas eorum necessitate cōstituta est.
 Alia animalia sine ratione inter se so-
 cietatem ineunt, & quantum nature
 capacia sunt, tantum inter se socian-
 tur, & quidem solum gratia procre-
 andi liberos. Animalia autem man-
 sueta & prudentiora rectius societa-
 tem contrahunt. Nam apparent in
 his magis mutua facta, auxilia, mu-
 tua beneuolentia, et mutuae coope-
 rationes. In homine autem maxime
 illa apparent, quod mas & femina
 inter se cooperētur non solū ut sint
 homines, sed ut bene sint & liberos
 possideant. Non solū ut nature suū
 officium persoluant, sed ut etiam uti-
 litatem

litatē auferant: quę enim officio ui-
 ribus præditi in imbecilles contule-
 runt, rursus ubi uiribus in senio defe-
 cti sunt, a robustioribus recipiunt:
 & simul natura, hac periodo efficit,
 ut semper sit. Id quod quando secun-
 dum numerum præstare nō potest,
 secundum speciem præstat. Sic utri-
 usq; natura uiri & mulieris, a diui-
 na prouidentia ad societatem ordi-
 nata est. Separata uero sunt uir & mu-
 lier, quod nō ad eadē omnia ex æquo
 utilē facultatem habent, sed quędam
 ad contraria quidē sed eodem cōten-
 dunt. Nam uirum robustiorem, fœ-
 minam imbecilliorē fecit diuina pro-
 uidentia, ut mulier propter timorem
 magis sibi caueat, & uir propter for-
 titudinem ad uindictam sit propen-
 sior, & uir res foris paret, mulier ue-
 ro partas intus seruet, tum ut mulier

ARISTOTELIS

ad negocia expedienda domi sit ualida, licet ad externas domus custodias imbecillis sit. Tum, ut uir si qui elscat peius habeat, sin uero se moueat sanus sit. Denicq; ut procreatio liberorum tam uiro quam foemine sit communis, utilitas autem sit propria. Nam mulierum est liberos nutrire, uirorum uero officium est liberos erudire. Porro inter alias leges, que uiro circa uxorem constituendæ sunt, sit hæc prima, ne uir uxorem aliqua iniuria adficiat. Sic enim neq; ipse iniuria adficitur, id quod etiã & lex cõmunis præcipit, ueluti Pythagorei dicũt, quod serua & a lare ducta, minime iniuria adficienda sit. Tunc uero uir iniuria uxorem adficit, cum foris cum alienis uxoribus clandestinam agitat consuetudinem. Lex que ad matrimonij pertinet consuetudinem

nem hæc sit, ut neq; uxori illa desit,
 neq; cum absint non possit sibi tem-
 perare, sed ita assuefaciat ut boni con-
 sulat uxor siue adsit uir siue nō adsit.
 Porro recte ab Hesiodo præceptum
 est *παρθένην δὲ γαμεῖν ἵνα ἡδεα κέλνα δὲ
 λάξῃ*, hoc est, moribus ut castis fin-
 gas ducipse puellam. Nam morum
 dissimilitudo minime amicitiam cō-
 ciliat. Porro quod ad ornatum atti-
 ne hæc, esto lex: quod quemadmo-
 dum hos qui mutuam inter se socie-
 tatem agitare uolunt, non oportet
 in moribus aliquid insolēs præse fer-
 re, ita nec in corporibus aliquid inso-
 lens ostentare oportet. Nā illa con-
 suetudo quæ per ornatum fit, non di-
 screpat a tragœdorū in scenam pro-
 deuntium consuetudine. Cæterum
 inter possessiones hæc & prima & ma-
 xime necessaria est, quæ tum optima

ARISTOTELIS

est, tum facile principē locum tenēt
 hec uero est homo. Quapropter pr
 mo omnium serui comparandi sunt
 seduli: seruorum autem duo sunt ge
 nera, curator & operarius. Quoniā
 uero comperimus, quod institutio
 nes quosdam iuuenes nō parum iu
 uant, necessarium est & seruos quos
 comparauimus instituere, maxime
 hos quibus liberalia munia imponē
 da erunt. Sic uero ages cum seruis ut
 neq; in illos sis contumeliosus, neq;
 remissus. Quod si aliqui liberaliores
 fuerint, illos nec honore iusto frau
 dabis. Operarijs autem sat cibi suffi
 cies. Et quādo uinum potum etiam
 homines liberos insolentes reddit,
 apud multas gentes & liberi ab illo si
 bi temperant, ut Carthaginenses dū
 militie nauāt operam. Quare liquet
 quod seruis aut nihil, aut parum ui
 ni im

ni impertiendum sit. Cum uero tria
sint, opus, castigatio, cibus, certe
neq; castigare seruos neq; in labori-
bus intentos esse, & illis tamen cibū
suppeditare, insolentes homines pa-
rit. Ceterū & laboribus exercere &
castigare seruos, nec cibum illis sub-
ministrare iniuria quædam est, & fa-
cit ut serui laboribus sufficere nō pos-
sint. Reliquum est, ut & serui laborū
suorum pensum persoluant, & sat ci-
bi illis quoq; suppeditetur. Nam in
illos, quibus nihil mercedis dat, nul-
lum imperium habere potest pater-
familias. At merces seruo cibus est.
Ceterum quemadmodum alij homi-
nes deteriores abeunt, quando pro-
bos non melius tractari q̃ impro-
bos uident, aut quando nulla præ-
mia uel uirtuti uel uicio cōstituta cer-
nunt, ita & serui faciunt. Idcirco ani-

ARISTOTELIS

maduersio habenda est, & quælibet,
 cibus, uestiarius, ociū, castigatio pro
 meritis & distribuenda & remitten-
 da sunt. Quibus in rebus non solum
 uerbo sed & facto medicos imitabi-
 mur, qui in medicing ratione preui-
 dent, q̃ cibus medicina nō est, quod
 crebro sumatur. Verum enim uero
 serui ad labores capescendos optimi
 erūt, qui nec nimis timidi nec nimis
 feroces sunt: nam in utrisq̃ est, quod
 requiras. Etenim nimis timidi labo-
 rē non perferunt, nimis feroces non
 facile patiūtur sibi imperari, om̃ibus
 uero & finis laborum cōstitutus sit:
 iustum enim est & conducibile, uti
 libertas premiū pponatur: nā ultro
 laborabūt, quando & premiū ppo-
 situm, & tempus constitutum uide-
 rint. Oportet & seruos liberis pro-
 creatis obstringere, ut in officio per-
 maneant.

maneant. Nec multi eiusdem gentis
 habendi sunt, quemadmodum & in
 ciuitatibus fieri solet, tū sacra & pro-
 fusiores epulæ magis seruorum quā
 ingenuorum ergo instituendę sunt.
 Plura enim habent hī, quorum gra-
 tia id generis res institutę sunt. Qua-
 tuor autem patrifamilias circa pecu-
 nias obseruanda sunt. Etenim & de-
 bet posse comparare res, & ea quę cō-
 parauit tueri, quod si ea quę cōpara-
 uit tueri non possit, nihil profuerit
 eciam si multa comparauerit. Nam
 hoc aliud est nihil, quā cribro hauri-
 re, & ut dicitur pertusum doliū: pre-
 terea & norit illa quę ad sunt ornare
 & illis uti norit. Nam horum gratia
 & pecunijs indigemus: & singula q̄
 possidet paterfamilias digerēda sunt:
 & plura frugifera quam infrugifera
 illi suppetent: tum negociationes ita

ARISTOTELIS

distribuet, ut non cum omnibus in
 periculū ueniat. Vt uero res partas
 tueri paterfamilias possit, proderit
 uti aut Persica aut Laconica gubernā
 di rem familiarem ratione, quam
 uis & Attica gubernandi rem fami
 liarem ratio utilis est: nam uenden
 tes emūt. Ac penuarij collocatio nō
 in postrema rei familiaris parte nu
 merāda est. Sic uero Persica rei fami
 liaris ratio erat ut ipse paterfamilias
 oīa iuberet, & oīa inspiceret, et quod
 de Dionysio Dion dicebat. Nullus
 enim tam diligenter aliena quam sua
 curat. Proinde quęcunq; tādem usu
 ueniunt, per patremfamilias diligen
 ter curanda sunt. Et illud tā Perse q̃
 Libis apophthegma nemo improba
 re poterit. Nā Persa interrogatus qd
 maxime equum saginaret, oculus, di
 xit, domini, Libes uero interroga
 tus qui

OECONOMICA

tus qui finis optimus esset, domini, respondit, uestigia. Quare aliquorum negotiorum curam subibit uir, aliqua uxor, pro eo atq; utrisq; gubernandi rem familiarem munia distribuuntur, & hoc in paruis rei familiaris gubernationibus faciendum est raro, in illis uero quas alijs delegamus sæpe: non enim fieri potest, nec in alijs rebus, nec in rei familiaris gubernatione alicui demandata, ut nisi dñs ipse bene gubernet, alijs bene dominum imitentur, quasi impossibile sit ut non propter diligentiam dominorum diligentes sint uicarij. Cum autem hæc & ad uirtutem clara & ad rem familiarē cōducibilia sint, dominum prius expergisci oportet quam seruos, & posterius cubitū concedere, & non unquam domum incustoditam esse, non aliter atq; ci-

nitatem. Præterea quæcunque faci-
 enda sunt, ea nec noctu nec inter-
 diu omittet, & noctu etiam surget:
 etenim hoc & ad sanitatem, rem fami-
 liarem, & philosophię studium con-
 ducibile existit. In parvis igitur pos-
 sessionibus Attica ratio, quod ad fru-
 ctifera collocanda attinet, utilis est. In
 magnis uero in partes se parāda erūt
 ea, quę uel anni uel mensis spacio ab-
 sumere uelimus. Similiter & in in-
 strumentis seorsim collocanda sunt
 illa, quibus & quotidie uteris, & qui-
 bus raro: hæc tradenda sunt his, qui-
 bus res familiæres delegatur. Ad hæc
 statò tempore illa de quibus dixi in-
 spiciēda erunt, ut te nō lateat & quid
 saluum māserit & quid defecerit. Tū
 & illi qui respectum rerum possessa-
 rum habet domus paranda est, ad il-
 larum & salubritatem & prosperita-
 tem. Ap

tem. Appello uero res possessas ueluti qualis domus sit ere fructuum & uestium, & inter fructus qualis domus sit ere fructuum aridorum, qualis domus sit ere fructuum humidorum, & aliarum rerum possellarum, qualis domus cōducatur animatis qualis inanimatis, seruis, ingenuis, sceminis, uiris, peregrinis, ciuibus. Vt autem domus sit comoda, ut sit salubris, necesse est ut æstate uentis perfletur, hyeme uero soli exposita existat. Fuerit autē talis, si Borega aduersa sita fuerit, & non equaliter lata sit. Ad extremum in magnis rei familiaris administrationibus & ianitor utilis esse uidetur, qui & si ad alia quidem officia obeunda non commodus sit, tamen ad conseruationem rerum & importandarum & exportandarum commodus esse potest. Vt instrumento

ARISTOTELIS

rum rectus sit usus, proderit illud La-
conicum, nā quodlibet suo loco col-
locandum est. Sic enim in promptu
existens, non ubi sit, quæretur.

FINIS primi œcono-
micorum Libri

ΑΡΙΣΤΟΤΕ

ΛΟΥΣ ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΩΝ

ΤΟ Α.



οἰκονομικὴ ἔστι πολιτικὴ
ἐξέρχεται, οὐ μόνον τοσοῦτον ὅσον οἰκίαν ἢ πόλιν.
ταῦτα μὲν βούλονται αὐταῖς εἶναι
τὰ ὑποκείμενα, ἀλλὰ καὶ
ὅτι ἡ μὲν πολιτικὴ ἐκ
πολλῶν ἀρχόντων εἶναι,
ἡ οἰκονομικὴ δὲ μοναρχία. ἐνίαι μὲν ὅντων τεχνῶν
διήκοντα, καὶ οὐ τῆς αὐτῆς εἶναι ποιῆσαι καὶ
χρῆσασθαι ἑρμηνεύοντι, ὥστε λύρα καὶ αὐ-
λοῖς. ἢ δὲ πολιτικῆς εἶναι πόλιν ἐξ ἀρχῆς συ-
στῆσθαι, ἔστι παρχούσιν χρῆσθαι καλῶς.
ὥστε δὴ λον, ὅτι ἔστι τῆς οἰκονομικῆς ἀντικει-
σθαι οἶκον ἔστι χρῆσθαι αὐτῷ. πόλις μὲν ὅντων
οἰκιῶν πλεονέχοντες εἶναι καὶ χώρας καὶ κτημάτων αὐταρ-
κες πρὸς τὸ εὖ ζῆν. Φανερόν ἐστι, ὅταν ἢ μὴ διωχθῇ
ἡ πόλις τυγχάνειν ἀλύεσθαι καὶ ἡ κοινωνία. ἐπὶ
ἧ ἕνεκα φύσιν συνέρχονται, οὐ δὲ ἕνεκα ἑκάστος
εἶναι ἔστι γένεσις, ἔστι ἡ οὐσία αὐτοῦ αὐτὴ τυγχάνει
οὕτως. ὥστε δὴ λον ὅτι πρότερον γένεσις ἡ οἰκονομικὴ
καὶ πολιτικῆς εἶναι. ἔστι δὲ ἕρπον. μόριον γὰρ οἰκίας

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΩΣ

πόλεως ἐσί. σὺ δὲ πῆρον ὅν περὶ τῆς οἰκονομικῆς,
 Ἐ τί δ' ἔργον αὐτῆς. μέρη δὲ οἰκίας, ἀνθρώπος
 τε Ἐ κτησίς ὅσιν. ἐπεὶ δὲ πρῶτον ἐν τοῖς ἐλα
 χίστοις ἡ φύσις ἐκάστου θεωρεῖται, Ἐ ποῦ οἰκίας
 ἀν' ὁμοίως ἔχοι, ὥστε καθ' ἡσίοδον λέοι ἀν' ἑκά
 ρην. Οἶκον μὲν πρῶτισι ζωαῖς τε βούντ' ἀρο
 τῆρα. δ' μὲν γὰρ τῆς τροφῆς, πρῶτον, τὸ δὲ τῶν
 ἐλδιδέων. ὥστε δέοι ἀν' τὰ ποῦ τὴν φη ζωα
 κὸς ὁμιλίαν οἰκονομήσαι καλῶς. ὅτ' δ' ἐβ
 Ἐ, ποῖαν τινα δ' εἴ ταύτην εἶναι παρασχευάσαι.
 κτήσεως ὃ πρῶτη ἐπιμέλεια ἡ κατὰ φύσιν. κα
 τὰ φύσιν ὃ γεωργικὴ προτέρα, Ἐ δεύτεραι ὅσαι
 ἀπὸ τῆς γῆς, οἷον μεταλλυτικὴ, ἢ εἰ τις ἄλλη
 τοιαύτη. ἡ δὲ γεωργικὴ μάλιστα ὅτι δικαία, οὐ
 γὰρ ἀπ' ἀνθρώπων οὐδ' ἐκόντων ὥστερ' ἀπὸ κλεῖα
 ἢ αἰμιθαρνία, οὐτ' ἀκόντων ὥστερ' ἀπὸ πολεμι
 καί. ἔτι τε καὶ τῶν κατὰ φύσιν. φύσει γὰρ ἀπὸ
 φημιτρὸς ἢ τροφῆς πᾶσιν ὅσιν, ὥστε καὶ τοῖς
 ἀνθρώποις ἀπὸ τῆς γῆς. πρὸς δὲ τούτοις,
 Ἐ πρὸς ἀνδρίαν συμβάλλεται μέγιστα. οὐ γὰρ
 ὥστερ' αἱ βάναντοι γὰ σώματα ἀχρεῖα ποιοῦσιν,
 ἀλλὰ διωάμην αὐραυλὲν ἢ πονεῖν. ἔτι δὲ δυνά
 μην αὐτοκινδυνεύειν πρὸς ὅς πολεμίοις. μόνον ἢ ῥύ
 των

οἰκονομικῶν θ' α'.

των τὰ κτήματα, ἔξω τῶν ἐρυμάτων ἐσί. τῶν
 δ' ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου ἡ κατὰ ζωαῖκα πρώτη ἐ-
 πημέλεια κοινωνία ἔφύσθη τῷ θήλει ἢ τῷ ἄρρενι
 μάλιστ' ἐστίν. ὥσπερ ὁ ἡμῖν ἐν ἄλλοις ὅτι πρὸς
 λαοῦντα ἡ φύσις ἐφίεται ἀπεργάζεσθαι ὥστε
 τῶν ζώων ἕκαστον. ἀδύνατον δ' ἐστὶ θήλυ ἀνδρὶ
 τοῦ ἄρρενος, ἢ δ' ἄρρεν ἀνδρὶ τοῦ θήλεος ἀποτε-
 λεῖν αὐτῶν. ὥστε ἐξ ἀνάγκης αὐτῶν ἡ κοινωνία συ-
 νέστηκεν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἀλόγιστος ἔστι
 τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι ἐφ' ὅσον μετέχουσι τῆ φύσεως,
 ὡς ἂν τοσοῦτον, ὅτι τεκνοποιᾶσιν μόνον χάριν. ἐν ᾗ
 τοῖς ἡμέτεροις ὅτι φρονιμωτέροις διήρδωται μάλ-
 λον. φαίνονται γὰρ μάλλον βουθεῖται γινόμεναι ὅτι
 ἔννοιαι ὅτι συνέργειαι ἀλλήλοισι, ἐν ἀνθρώπῳ δὲ
 μάλιστ', ὅτι οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ ὅτι τοῦτο εἶναι
 συνέργειαι ἀλλήλοισι ἐστὶ θήλυ ἢ δ' ἄρρεν ἐσί. ὅτι ἡ
 τέκνων κτήσις οὐ λειτουργίας ἕνεκεν τῇ φύσει
 μόνον οὐτάρ τυγχάνει, ἀλλὰ ἢ ὥφελείας. ἢ γὰρ ἀν-
 δυνάμει ἐῖς ἀδύνατοις πονήσωσιν πάλιν κομι-
 ζονται πρὸς ἀδυναμένων ἀδυνατοῦντες ἐν ἑαυτοῖς γή-
 ρα. ἅμα δ' ἢ ἡ φύσις ἀναπληροῖ ταύτην τῇ πε-
 ρείῳ, ὅτι αἰετῶν ἐπὶ κατ' ἀεισμένον οὐ δύναται,
 ἀλλὰ ὅτι κατὰ τὸ εἶδος οὕτω προοικονόμηται ὅ-
 τι τῇ θείῳ ἐκατέρου ἡ φύσις τοῦτε ἀνδρός ὅτι

ΛΕΙΣΟΤΕΛΟΙΣ.

γυναικὸς πρὸς τὴν κοινωνίαν. Δείλη πῆσαι γὰρ ὅρα
 μὴ ὡς ταυτὰ πάντα χερίσμον ἔχειν τὴν λυ-
 ναμιν, ἀλλ' ἕνια μὲν ὡς τὰναντία. εἰς ταυτὸ δὲ
 συντείνοντα. ὅς τ' ἰσχυρώτερον ὅς δ' ἀσθενέστερον
 ἐποίησεν. ἵνα ὅς μὲν φυλακτικώτερον ἢ δὲ ὅς τ' ἐν φό-
 βον, τὸ δ' ἀμυντικώτερον δὲ τὴν ἀνδρίαν. ὅς ὅς
 μὲν πορίζηται ἔξωθεν, ὅς δ' ἐσώζηται ἐνδόν, καὶ
 πρὸς ἐργασίαν ὅς μὲν, δυνάμενον, ἐδραῖον ἔ, πρὸς
 δὲ τὰς ἔξωθεν θύραυλίας ἀδινέσ. ὅς δ' ἐ πρὸς
 μὲν τὰς ἰσχυρίας χεῖρον, πρὸς δὲ τὰς κινήσεις
 ὑγιεινόν. καὶ πρὸς τέκνων τὴν μὲν γένεσιν κοινήν,
 τὴν δὲ ὠφέλειαν ἴδιον. τῶν μὲν γὰρ ὅς θρέψαι, τῶν
 δὲ ὅς παιδεύσαι ἔστι. πρῶτον μὲν ὅς νόμοι πρὸς
 γυναικα ὅς ὅς μὴ ἀδικεῖν. οὕτως ἔσθ' ἂν οὐδ' αὐτὸς
 ἀδικεῖν. ῥῦθ' ὑφ' ἡγίται ἢ ὅς κοινὸς νόμος καθά-
 περ οἱ Πυθαγόρειοι λέγουσιν ὥς ἐρὶ κέτιν ἢ ἀφ'
 ἐστίας ἡγμένην ὥς ἡκιστα δεῖν δοκεῖν ἀδικεῖν. ἀδ-
 κία δὲ ἀνδρὸς αἰ θύραζε συνουσίαι γινόμεναι. πρὸς
 δὲ ὁμιλίας μὲν ὥς τε δεῖσθαι, μὴ δ' ὥς ἀπόν-
 των ἀδυνατεῖν ἰσχυράζειν, ἀλλ' οὕτως ἐθίζειν
 ὥς τε ἱκανῶς ἔχειν πρὸντος ἢ μὴ παρόντος. ἔσθ'
 ὅς ἔχει ὅς τῷ Ησίοδου, Παρθενικὴν δὲ γα-
 μεῖν ἵν' ἡθία κέδνα διδάξῃς. αἰ γὰρ ἀνομοιοτάτες
 τῶν ἡθῶν, ἡκιστα φιλικόν. πρὸς δὲ ἡ κοσμησίνως,
 ὥς τε

ὥσπερ οὐδ' ἐτὰρ ἦδη δεῖ ἀλαζονεύομένοις ἀλλή-
 λους πλῆσιάζειν, οὕτως οὐδ' ἐτὰ σώματα. ἡ δ'
 ὅλ' τῆς κοσμήσεως, οὐδ' ἐν ὅλ' φέρουσά ὅτι τῆς
 τῶν βραχύνων ἐν τῇ σκηνῇ πρὸς ἀλλήλους ὁμι-
 λία. τῶν δὲ κτημάτων πρῶτον μὲν ἡ ἀναγκαῖο-
 τατον, θ' ἐέλτιστον ἔ' ἡγεμονικώτατον. αὐτ'
 ἦν ἀνθρώπου. διὸ δεῖ πρῶτον δούλοις πρᾶσκειν ἀ-
 ζεῖσθαι πονομαίους. δούλων δ' ἐῖδη δύο, ἐπίτρο-
 πος ἔ' ἐργάτης. ἐπεὶ δ' ὁρῶμεν ὅτι αἱ παιδείαι
 ποιοῦσι τινὰς ποιοῦσι δ' ἄλλοις, ἀναγκαῖον ἔ' πα-
 ρασκευασάμενον ζέφειν, οἷς τὰ ἐλθούμενα τῶν
 ἔργων προσεκτέον. ὁμιλία δὲ πρὸς δούλους ὡς
 μήτε ὑβρίζειν ἑᾶν, μήτε ἀνιέναι. ἡ τοῖς μὲν ἐλθ-
 ούμενοις, τιμῆς μεταδιδόναι. τοῖς δ' ἐρ-
 γάταις τροφῆς πλῆθος. ἔ' ἐπειδὴ ἡ τοιοῦτου πά-
 σης ἔ' ὅς ἐλθούμενοις ὑβρίζας πρὶν, ἡ πρὸς ἀλλή-
 λους ἀπέχεται ἔ' τῶν ἐλθούμενων, οἷον Καρχηδόνιοι
 ἰδίᾳ στρατίας, φανερόν ὅτι τούτῃς ἡ μὲν οὐκ ἔ' ὀλί-
 γον μεταδοτέον. ὄντων δ' ἐξῶν, ἔργου ἔ' κολά-
 σιως ἔ' τροφῆς, θ' μὲν μήτε κολάζεσθαι μήτ' ἐρ-
 γάζεσθαι, τροφὴν δ' ἔχειν, ὑβρὶν ἐμπαιεῖ. θ' δ' ἐρ-
 γὰ μὲν ἔχειν ἔ' κολάσεις, τροφὴν δὲ μὴ, εἰαιον ἡ
 ἀδυναμίαν πρὶν. λείπεται δ' ἔ' ἔργα παρέχειν ἔ'
 τροφὴν ἱκανὴν. ἀμείδων δ' οὐχ οἷον τε ἄρχειν. δού-

ΛΕΙΣΟΤΕΛΟΙΣ.

Λῶ δὲ μισθὸς ἔσοφῃ, ὥπερ δὲ τῶ τοῖς ἄλλοις
 ὅταν μὴ γίγνηται τοῖς βελτίοσι βέλπιδον, μὴ ὅ
 ἄλλα ἢ ἀρετῆς καὶ κακίας, γίνονται χεῖροις, οὐ
 τῶ καὶ ποδὶ οἰκέτας. διόπερ δεῖ πειεῖσθαι σκέψιν
 καὶ ἀνέμειντε καὶ ἀνιέναι κατ' ἀξίαν ἕκαστα, καὶ ἔσο
 φῇν, καὶ ἐσθῆτα, καὶ ἀργίαν, καὶ κολάσεις. λόγῳ καὶ
 ἔργῳ μιμουμένους τὴν τῆς ἰατρῶν δύναμιν ἐν φάρ
 μακῶν λόγῳ προσθεωροῦντας ὅτι καὶ ἔσοφῃ οὐ φάρ
 μακον δὲ δ' οὐ συνεχῶς. γένηται ἂν εἴη πρὸς τὰ ἔργα
 βέλτιστα, μήτε δειλὰ, μήτε ἀνδρεία ἄγαν, ἀμφο
 τερα ἢ ἀδικοῦσι. καὶ ἢ οἱ ἄγαν δειλοὶ οὐχ ὑπομέ
 νουσι, καὶ οἱ θυμοειδεῖς οὐκ ἔυαρχοι. καὶ δὲ τῶ πᾶ
 λος ὡρεῖσθαι πᾶσι. δίκαιον ἢ καὶ συμφέρον τὴν ἐλ
 λυθείαν κείσθαι ἄλλων. βούλονται ἢ πονεῖν, ὅ
 ταν ἢ ἄλλων, καὶ ὁ χρόνος ὡλισμένῳ. δεῖ δὲ καὶ ἔξο
 μηρεῖν ταῖς τεκνοποιίαις, τῶ μὴ κτᾶσθαι ὁμο
 εθνῆς πολλοὺς, ὥπερ τῶ ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ τὰς
 θυσίας, καὶ τὰς ἀπολαύσεις μᾶλλον τῶν δούλων
 ἢ ἐνεκα ποιεῖσθαι, ἢ τῶν ἐλευθέρων. πλείονα ἢ ἐ
 χουσιν οὗτοι οὐδ' ἐνεκα τὰ ριαῦτα ἐνομιᾶν.
 εἶδη δὲ τῶ οἰκονόμου τέτταρα ἂν δεῖ ἔχειν ποδὶ τὰ
 χεῖματα. καὶ ἢ δ' κτᾶσθαι δύνασθαι καὶ εἶναι, καὶ φθ
 λάττεσθαι. εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν ὀφέλος τῶ κτᾶσθαι. τῶ
 ἢ καὶ μᾶλλον ἀντὶ τούτου ὅσιν, τῶ ὁ λεγόμενος τετὴν
 μένος

οικονομικῶν β'. α.

μένος πόθος. ἔτι δὲ ἔστιν κοσμητικὸν τὸ ὑπάρ-
 χόντων, καὶ χρηστικόν. τούτων ὁ ἕνεκα καὶ κεί-
 νων δέομαι. δηρῶσαι δὲ δεῖ τῶν κτημάτων ἑ-
 καστον, καὶ πλείω τὰ κάρπια ἔστι τῶν ἀκάρπων,
 ὅτι τὰς ἐργασίας οὕτω νενεμῶσι, ὅπως μὴ ἅμα
 κινδυνεύσωσιν ἅπανσι. περὶ δὲ φυλακὴν τοῖς τε
 Περσικοῖς συμφέρει χρῆσθαι καὶ τοῖς Λακονικοῖς.
 καὶ ἡ ἀττική δὲ οἰκονομία χρησμός. ἀποδιδόμε-
 νοι γὰρ ὠνοῦνται, καὶ ἡ τοι ταμείου θέσις οὐκ ἔστιν ἐν
 ταῖς μικροτέραις οἰκονομίαις. Περσικὰ δὲ ἦν, β'
 πάντα τετάχθαι, καὶ πάντ' ἐφορᾶν αὐτῶν, καὶ ὅς
 λεγέδιων πόλι Διονυσίου. οὐδεὶς γὰρ ἐπιμελεῖται
 ὁμοίως τῶν ἀλλοτρίων καὶ τῶν οἰκείων, ὥστε ὅτε
 ἐνδέχεται, δι' αὐτοῦ ποιεῖται καὶ τὴν ἐπιμέλει-
 αν, καὶ β' τὸ Πέρσου καὶ β' Λίβυος ἀπόφθιμα εὖ ἂν
 ἔχοι. ὁ μὲν γὰρ ἐρωτηθεὶς, τί μάλιστ' ἵππων πιά-
 νει, ὁ τοι δεωότου ὀφθαλμός ἐφη. ὁ δὲ Λίβυς ἐ-
 ρωτηθεὶς ποία κόπρος ἀρίστη, τὰ τοῦ δεωόρου
 ἵχνη ἐφη. ἐπισκεπτόντων τὰ μὲν αὐτῶν, τὰ δὲ γὰρ
 μηχανικά, ὡς ἐκατέροις διαφεύγεται τὰ ἔργα τῆς οἰ-
 κονομίας. καὶ ὅτε ποιητέον ἐν μικραῖς οἰκονομίαις
 ὀλιγάκις. ἐν δὲ ἐπιτροπυομένοις, πολλάκις. οὐ
 γὰρ οἶόν τε μὴ καλῶς ὑποδείκνυντος καλῶς μι-
 μεῖσθαι, οὐτ' ἐν τοῖς ἄλλοις, οὐτ' ἐν ἐπιτροπείᾳ.

ΛΕΙΣΤΕΛΟΙΣ.

ὡς ἀλύνατον μὴ ἐπιμελεία δεωδῶτων, ἐπιμε-
 λῆς εἶναι ὅς ἐφεσῶτας. ἐπὶ ὅ ταῦτα, καλὰ
 πρὸς ἀρετὴν, καὶ ὠφέλιμα πρὸς οἰκονομίαν, ἐγέ-
 ρεσθαι καὶ πρότερον δεωδῶτας οἰκετῶν, καὶ καθεύ-
 λειν ὕστερον, καὶ μηδέποτε ἀφύλακτον οἰκίαν εἶναι
 ὥσπερ πόλιν. ὅρατε δεῖ ποιεῖν, μήτε νυκθὶς μή-
 τε ἡμέρας παρεῖναι. οὐτε ὅλγνισκα θανύκτωρ.
 οὐτ' οὐ καὶ πρὸς ὑγίειαν καὶ οἰκονομίαν καὶ φιλόσοφον
 χηρίσμον. ἐν μὲν γὰρ ταῖς μικραῖς κτήσεσιν ὁ ἄττι-
 κὸς τρόπος τῆς ὀλγνίσσεως τῶν ἐπικαρπῶν χη-
 ρισμός, ἐν δὲ ταῖς μεγάλας, ὀλγμελειδέντων,
 καὶ τῶν πρὸς ἐνίαν οὐ καὶ τῶν κατὰ μῆνα ὀλγπανω-
 μένων, ὁμοίως δὲ τῶν σκευῶν χηρίσμος τῶν
 ἡμερῶν, καὶ τῶν ὀλιγάκις, ταῦτα ἥρα δότε
 οὐ τοῖς ἐφεσῶσιν. ὅς τούτοις καὶ τὴν ἐπίσκεψιν
 αὐτῶν διάτινος χρόνου ποιητέον. ἵνα μὴ λανθᾷ
 καὶ ὁ σωζόμενος καὶ ὁ ἐλπίων. οἰκίαν δὲ πρὸς τε
 τὰ κτήματα ἀποδιδόντα καὶ ἀσκευασίαν,
 καὶ πρὸς ὑγίειαν καὶ πρὸς ἐνήμερίαν αὐτῶν. λέγω ὅ
 κτήματα μὲν, οἷον καρποῖς καὶ ἐσθῆτι πρία συμ-
 φέρει, καὶ τῶν καρπῶν πρία ξηροῖς καὶ πρία ὑγροῖς καὶ
 τὰ ἄλλων κτημάτων, πρία ἐμψύχοις καὶ πρία ἀ-
 ψύχοις καὶ δούλοις καὶ ἐλευθέροις καὶ γυναξί καὶ αὐ-
 θράσι καὶ ξένοις καὶ ἑσθίοις. καὶ πρὸς ἐνήμερίαν δὲ, τῶν

οικονομικῶν. δ'. α.

Πῶς ὑγίαν δεῖ εἶναι ἐν πνουν μὲν τῷ θεοῦ, εὐλίῳ
τῷ χημῶνος, εἰη δ' ἂν ἡ ριαύτη κατὰ κορρὸς οὐ
ἡ μῆισο παλῆς. ὁδεῖ τῇ ἐν ταῖς μεγάλας οἰκο
νομίας χησῆμος. ἡ θύρωρος, ὅς ἂν ἡ ἀχης τῷ ἄλ
λων ἔργον, πῶς σωτηρίαν τῷ εἰσφερομένων ἡ ἐκ
φερομένων. πῶς θύχηςίαν λέ σκδῶν, δ' λακ
νικόν, χη ἡ ἐν ἑκάστω ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ κῆδῃ.
οὕτω ἡ ἂν ἐτοιμον ὄν, οὐ ζητοῖτο.

Τ Ε Λ Ω Σ.

Δειπνέλοις οἰκονομ
κῶν τῇ. Α.

EX LIBRO SECVNDO
OECONOMICO
RVM QVAEDAM.

ὁν οἰκονομεῖν μέλλοντά τινα κατὰ φύ-
 των, τῶν τε τόπων οὓς ἂν πραγματεύηται
 μὴ ἀπείρως ἔχειν, καὶ τῇ φύσει εὐφυῆς
 ὡς τῇ προαιρέσει φιλόπρυνόν τε καὶ δίκαιον. ὅτι καὶ
 ἀνάγκη τούτων τῶν μερῶν πολλὰ διαμαρτήσε-
 ται πρὸς τὴν πραγματίαν ἢ μεταχειρίζεται.
 οἰκονομίαι δ' ἐῖσι τέσσαρες ὡς ἐν τύπῳ δελέ-
 σαι. τὰς β' ἄλλας εἰς τὰς ἐμπιπλοῦσας εὐρήσο-
 μεν, βασιλική, σαξαρική, πολιτική, ιδιωτική.
 τούτων δ' ἐμμετρίαν καὶ ἀσυνεχίαν ἢ βασι-
 λική, ποικιλοτάτη δ' ἐστὶν ἡ πολιτική. ἐλα-
 χίστη δ' ἐστὶν ποικιλοτάτη ἡ ιδιωτική. ἐπικοινων-
 οῦν μὲν τὰ πολλὰ ἀλλήλοις ἀναγκαῖόν ἐστιν. ὅ-
 γκα δὲ μάλιστ' αὐτῶν ἐκάστη συμβαίνει, ταῦτα
 ἐπισκεπτόμενοι ἡμῖν ἐστί. πρῶτον μὲν τοίνυν τὴν βα-
 σιλικὴν ἰδωμεν. ἐστὶ δ' αὕτη δύναμένη μὲν ἐν κα-
 θόλῳ, εἶδεν δ' ἐχούσ' ἐτέτταρα πρὸς νόμισμα,
 πρὸς τὰ ἐξαγώγιμα, πρὸς τὰ εἰσagώγιμα, πρὸς
 τὰ ἀναλώματα. τούτων ἑκάστη μὲν πρὸς
 νόμισμα λέγεται ποῖον καὶ πότε τίμιον ἢ ἐνὸν πρὸς
 τέον. πρὸς δ' ἐτὰς εἰσagώγιμα καὶ ἐξαγώγιμα πό-
 τε καὶ τίνα πρὸς τῶν σαξαρῶν ἐν τῇ γῇ ἐκλα-
 βόντι

βόντι αὐτῷ λυσιτελήσει ὅσον τίθειται. πότε δὲ
 τὰ ἀναλώματα τῶν παλαιωτέων, καὶ πότε
 τὸ πότερον ἰσχυρότερον νόμισμα εἰς τὰς ὅσας παύσας
 ἢ ἂν νομισματικῶν. δεύτερον δὲ τὴν ἑξῆς
 πικρὴν. ἐστὶ δὲ ταύτης εἶδη ἐξ τῶν προσόδων. ἀπὸ
 γῆς, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ἰδίῳν γινομένων, ἀπὸ
 ἐμπορέων, ἀπὸ τελῶν, ἀπὸ βοσκημάτων, ἀπὸ τῶν
 ἄλλων. αὐτῶν δὲ τούτων πρώτη μὲν ἡ κρατί-
 σκη ἢ ἀπὸ τῆς γῆς. αὕτη δὲ ὅσιν ἢ οἱ μὲν ἐκφόριον
 οἱ δὲ δεκάτην προσεργεῖν οὖσι. δεύτερα δὲ ἀπὸ
 τῶν ἰδίῳν γινομένη, οὐ μὲν χρυσίον, οὐδ' ἀργύρι-
 ον, οὐδ' ἐκ χαλκοῦ, οὐδ' ὅποσον δύναται γενέσθαι.
 τρίτη δὲ ἢ ἀπὸ τῶν ἐμπορέων. τετάρτη ἢ ἀπὸ
 τῶν κατὰ γῆν τε καὶ ἀγροῦν τελῶν γινομένη.
 πέμπτη ἢ ἀπὸ τῶν βοσκημάτων ἐπικασιμαί-
 ατε δὲ δεκάτη καλουμένη. ἕκτη δὲ ἢ ἀπὸ τῶν ἄλ-
 λων, ἐπικεφάλαιον τε καὶ χειρωναξίον προσεργε-
 ρνόμεν. σφίτον δὲ τὴν πολιτικὴν. ταύτης δὲ
 κρατίστη μὲν πρόσδοδος ἢ ἀπὸ τῶν ἰδίῳν ἐν τῇ χώ-
 ρᾳ γινομένων, εἶτα ἀπὸ ἐμπορέων ἢ ἀπὸ ἀγώ-
 νων, εἶτα, ἢ ἀπὸ τῶν ἐγκυκλίων. τέταρτη
 δὲ τὸ τελευταῖον τὴν ἰδιωτικὴν. αὕτη δὲ ὅσιν
 ἀνώμαλος μὲν ὅσον θ' εἴναι μὴ πρὸς ἕνα σκοπὸν
 οἰκονομεῖν, ἐλαχίστη δὲ ὅσον θ' εἰς τὰς προσόδους

ΛΕΙΣΤΕΛΟΙΣ.

καὶ τὰ ἀναλώματα βραχεία γίνεσθαι. αὐτῆς ὅ-
 ταύτης κρατίστη μὲν προσόδος, ἢ ἀπὸ γῆς γινομένη
 δευτέρα δὲ ἢ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐγκλημάτων, τρί-
 τη ὅ ἢ ἀπὸ ἀργείου. χωρὶς δὲ τούτων, ὁ πᾶσι
 μὲν ἐποικονομεῖται ταῖς οἰκονομίαις καὶ προσή-
 και σκοπεῖν αὐτὸ μὴ παρέρχεις. μάλιστα ὅ ταύτη
 εἰς τὰ ἀναλώματα, μὴ μείζω τῇ προσόδῳ γίνεσθαι.

I D E S T.

QVI œconomū acturus est, nō
 imperitus erit moris locorū, in qui-
 bus negociatur, tum & natura indu-
 strius erit, & diligēter laborare ac iu-
 sticiam colere uolet. Nam ubi aliqua
 harum partium aberit, multum cir-
 ca negociationē quam inter manus
 habet, aberrabit. Quatuor autem,
 ut in uniuersum distribuam œcono-
 mie sunt. Nam alias, quę sub his cō-
 plectūtur, comperiemus, Regia, Sa-
 trapica, Politica, Priuata. Inter quas
 maxima & simplicissima est regia, ma-
 xime

OECONOMICA.

xime uaria & facillima politica, minima & maxime uaria priuata : necessum uero est ut inter se multa habeant cōmunia . Circa quæ uero quælibet maxime uersetur hæc nobis perpendenda sunt . Primum igitur regiam perpendamus . Est uero hæc in rebus uniuerſis quidem potens , quatuor tamen habet, circa quæ in primis occupatur, circa monetam, circa exportata, circa importata, circa sumptus . Circa monetā dico , qualis scilicet & quando magni precij & quando uilis precij moneta faciēda sit . Circa importata & exportata , quæ scilicet cōducāt ut cōstituātur a satrapis ei qui excipit portoria . Circa sumpt⁹ , qui precidēdi sint , & qñ , & an pecuniā dāda sit ad sumptus, an res loco pecunię suppeditādē . Secūda species œconomig est satrapica, cuius sex spēs

ARISTOTELIS

sunt puentuū a terra, a rebus pprīis
regionis in qua aliqs satrapam agit, a
mercatoribus, a tributis, a pecudi-
bus, ab alijs. Horū autē prouentuū
primus & optimus est qui ex terra
nascētibus datur, hic certe est quem
aliq̄ ephorion, aliq̄ decimam appel-
lant. Secūdus est quæ sunt factæ re-
gionis propriæ, in qua aliquis satra-
pia fungitur, ut ubi aurum, ubi argē-
tum, ubi æs, ubi quæcūq; tandē poi-
sunt fiunt. Tertius est a mercaturis.
Quartus a rebus quæ e terra prode-
unt & a tributis forensibus accedūt.
Quintus, fructus a pecudibus, qui
& decima appellatur. Sextus prouē-
tus qui ab alijs rebus accrescit. Qui
prouētus dicitur partim ἐπι κεφάλαιον
id est tributum quod colligitur capi-
tatim, partim χειρὸν ἄξιον id est tributū
quod a populo cogitur. Tertia spe-
cies

cies œconomig est ciuilis, huius optimus est prouentus a rebus proprijs regionis. Deinde a mercaturis & certaminibus, tum ἀπὸ τῶν ἐγκυκλίων id est a domestica parsimonia & labore & ijs quæ domi aluntur. Quarta & ultima species œconomig est priuata, hæc autē est anomala, id est uaria, quod nō oportet ad unum scopum œconomiam dirigere, Minima est partim propter prouentus paruos, partim eciam sumptus, cuius optimus prouentus est a terra. Secundus ab alijs actionibus. Tertius ab argēto. Præter hæc, quod oībus qui rem familiarem administrāt utile esse potest, diligenter obseruandum est, ne scilicet maiores sumptus fiant quam prouentus sunt. Secundum hæc Aristoteles hoc in libro pergit recensere & populos & reges, qui varijs arti-

ARISTOTELIS

bus rem familiarem locupletare studuerint. Quam partem libri, quod non ita iuuenibus iucundam esse putabamus, missam fecimus,.

Hæc ex libro secundo
conuertere libuit.

ARGVMEN

TVM LIBRI PRIMI OECONOMI-
CORVM ARISTOTELIS.

Corporalis seu mundana gubernatio est duplex.
Est enim quædam quæ politia dicitur, hoc est, rei
pub. gubernatio. Est & Oeconomia, id est, administra-
tio domus, de qua Aristoteles in lib. primo Oeconomico-
rum scribit. Nam in illo docet quomodo in Oeconomia
se uir, quomodo se fœmina gerere debeat. Cur procre-
andi, & quomodo educandi sint liberi. Quæ seruorum
sint officia, quid paterfamilias seruis præstare debeat.
Breuiter totam ferè Oeconomiam rationem ut paucis ita
præclare tractat.

ALIA RATIONE CHRISTIANI
ALIA PHILOSOPHI DE OECONOMIA
SCRIBVNT.

Non ignorabit iuuenis, alia ratione philosophos, alia
Christianos de Oeconomia & differere & scribere. Nā
philosophi nunquam cognouerunt (id quod sine uerbo
dei cognoscere non potuerunt) quòd Oeconomia etiā
dei sit & opus & ordinatio, quæ cum Deo multum ne-
gotij sit, sed solum putarunt Oeconomiam per humana
rationis dictamen & dūctum gubernari posse, id quod,
cum apud alios qui de Oeconomia scripserunt, tum Ari-
stotelem est cognoscere. Christiani uero uno ore dicunt
quod œconomia Dei sit opus, sine cuius præsidio ope-
ra, gubernatione domus gubernari recte non possit. Vn-

I N O E C O N O M I A R I S T O.

de psalmo centesimo uigesimo septimo inquit Salomon:
 Nisi dominus edificauerit domum, in uanum laborant
 qui edificant eam. Hoc est, ut obiter hunc uersum expli-
 cem: nisi dominus domum gubernet (Nam domum
 edificare tropo Hebraeae linguae, hoc in loco est admini-
 strare domum) inanem sumit operam qui domum guber-
 nat. Id quod ipsa experiētia docet. Nam uidemus quos-
 dam matrimonio inter se copulari, quibus uix indusum
 quod induant suppetit, & ualde foeliciter rem eorum
 familiarem succedere. Econtrario multi magnas opes
 conferunt, quae inter eorum manus adeo dilabuntur, ut
 egre illis uictus quotidianus suppetit. Qui nam uero
 hoc fit? Nempe quod Salomon dicit, omnem laborem in
 Oeconomia frustra sumi, nisi dominus sit Oeconomus.
 Et subdit Salomon. Vanum est uobis ante lucem surgere
 surgite &c. Hoc est frustra mane surgitis, & deinde in
 multam noctem sedetis, & panem uestrum solliciti co-
 meditis. Nā dominus amicis suis dormiētibus, ut dici so-
 let, impartit uictum. Non quod scriptura uelit & uirū
 & uxorem in utrumuis ut dicitur, oculum dormire. Nā
 Genesc. tertio uult dominus, ut maritus in sudore uul-
 tus sui pane suo uescatur. Et feminae etiam labores suos
 imponit. Sed ut tam uir quam foemina hoc persuasissi-
 mum habeat, & deum solum esse, qui ut in Oeconomia
 omnia foeliciter eueniant praestet, & deum esse domi-
 num Oeconomiae, sese uero tum seruos tū seruas existe-
 re a deo supremo oeconomo ad hoc constitutos, ut per
 illos

illos ceu instrumenta œconomia cōseruetur & uigeat.

QVIS OECONOMIAE FINIS SIT.

Cum auctore Aristotele lib. Ethicorum primo omnia ad finem aliquem respiceant, proinde hic obiter iuueni finis œconomiae quoq; perspicendus erit. Philosophi finem œconomiae esse scribunt ut res familiaris augeatur, & opes magnae parentur, qui non uerus, non Christianus sed philosophicus & gentilis œconomiae finis est. Nam bonus & pius pater familias in œconomia non tantum huc respiciet, ut ualde diuescat, sed magis huc omnia diriget, ut bonos, pios, morigeros, uirtute exultos liberos, & procreet & educet. Nam per tales liberos respublicae gubernantur, crescunt, provincia saepe tota ne pereat, conseruatur. Prouerbio. xi. Benedictione iustorum exaltatur ciuitas. Et Salomon in Cantico suo inquit. Sicut sagittae in manu potentis ita filij excussorum. Id est, ita filij quoq; esse solent. Beatus uir qui impleuit pharetram suam ipsis, qui multos habet tales filios: nō confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. Id est, contra hostes facile propugnabit & se & ciuitatē.

TEXTVS ARISTOTELIS.

Aristoteles pro more suo anteq̃ dissertationem de œconomia aggrediatur, docet unde nam politica proficiat. Et sententia Aristotelis est, ex œconomica politicam proficisci, adeo quidem quòd etiam generatione, ut ipse inquit, sit prior quàm politica, id quod ut clarius ostendat, Methodice inter se confert œconomicam

IN OECONO. ARISTOTE.

Et politicam. Principio ostendit œconomicam et politica
 differre, non solum quantum domus et urbs, hoc
 est, pars et totum, sed etiam respectu gubernatorum: nā
 politicam ex multis magistratibus constare, consulibus,
 praetoribus, edilibus et alijs: œconomicam uero uno pa-
 trefamilias esse contentam. Mox docet in quo œconomi-
 ca et politica conuenire uideantur, et utitur propemo-
 dum loco a dissimili, hoc modo. Non quemadmodū alia-
 rum artium non est aliquid facere, et eo quod factum
 est uti, ita etiam œconomica et politica hoc non est. Et
 enim ut politica ciuitatem constituit, ita et ciuitate re-
 ste uti docet. Ut œconomica domum possidet, ita quoque
 domo utitur. Est uero locus et a pari, et ab officio utrius-
 que artis, tam œconomicae quam politicae. Deinde
 ē finitione ciuitatis probat œconomicam priorem esse
 politica. Postremo epilogo utitur. Epilogum confirmat
 duabus etiologijs.

CIVITAS

Est finitio ciuitatis, partim ex partibus constans, par-
 tim ex causa finali. Nam partes ciuitatis sunt, Domus,
 agri, et possessiones aliae: finis ciuitatis est, ut bene in
 ea uiuatur. Porro Aristoteles lib. politicorum tertio ciui-
 tatem finit, quod sic compositum quiddam quemadmo-
 dum aliud quoddam totum ex partibus pluribus consti-
 tutum.

Sic autem inquit Aristoteles.

ἡ πόλις δὲ ἢ πᾶσις τῶν συγκαταμένων, καθ' ἃ πρὸς ἅλα
 λόγῳ

ANNO. HEGEN.

ἡ δὲ πόλις μὲν οὐκ ἐστὶν ἀπὸ πολλῶν μορίων.
Mox subdit Aristoteles.

ἡ δὲ πόλις πλεονεχία ἐστὶν.

Hoc est, ciuitas ciuium est multitudo. Sed illæ finitiões in politicis maneat & nulla sunt. Finitio quæ hoc loco adfertur ab Aristotele integra & plena est, ut quæ & finem ciuitatis ostendit.

IC CIRCO.

Politicam ex œconomica quasi fonte manare in cōfesso est: Proinde liquido licet cernere, talem ferè in urbibus esse politicam qualis sit œconomica.

QVARE SECVNDVM HESIODVM SVPPETERE &c.

Versus, cuius hoc loco Aristoteles memor est, extat apud Hesiodum in secundo agricultura.

οἶκον μὲν πρῶτα γυναῖκα τεβοῦν ἀροτῆρα.

Quem uersum sic uerto,

Ipse domum teneas primum uxoremq; bouemq; Porro, miror cur Aristoteles γυναῖκα ad uxorem referat, cum Hesiodus de ancilla loquatur. Nam sic statim sequitur

κτητὴρ οὐ γαμετὴρ,

Id est, emptam ancillam non nuptam. Porro eundem uersum citat Aristoteles in lib. politi. primo ubi de boue ait ὁ βοῦς ἀντὶ οἴκου τῆς πόλεως ἐστὶν.

Id est, bos enim famuli loco pauperibus est. Vnde et Plinius libro octauo cap. quadragésimo quinto de boue

IN OECONOMIA ARIST.

loquēs inquit. sociū. n. laboris agriq; cultura habemus

QVONIAM AVTEM PRIMVM

IN MINIMIS ΕΤC.

Hunc locum ipse explicat Aristoteles in primo poli-
 οικονομίας ὃ μέρη ἔξ ὧν οἰκία συνίσταται. οἰκία
 ὃ τέλει ἐκ δούλων καὶ ἐλευθέρων. ἐπεὶ δὲ ἐν
 ἐλαχίστοις πρῶτον ἕκαστον ζητητέον, πρῶτα
 ὃ καὶ ἐλάχισα μέρη τῆς οἰκίας θεωρήσῃ καὶ
 δούλῳ καὶ πόσει, καὶ ἄλοχῳ, καὶ πατρὶ καὶ
 τέκνῳ.

Quæ uerba sic uerto.

Oeconomiae uero partes sunt ex quibus domus con-
 stituitur. Domus uero perfecta ex seruis & liberis ho-
 minibus constat. Quando uero in minimis primū quod
 libet perquirendum est, primæ & minimæ partes do-
 mus sunt dominus et seruus, maritus uxor, pater liberi.

SECUNDVM NATVRAM

EST AGRICVTVRA ΕΤC.

Philosophi per naturam intelligunt uim illam qui ali-
 quid nasci facit. Seneca in libris de beneficijs per natu-
 ram intelligit deum. Porro quod terra uirentia produ-
 cit, id proficiscitur ex ordinatione & uerbo dei, quod
 dixit dominus ad terram Genesios prim. Germinet ter-
 ra herbam uirentem & facientem semen &c. Hoc uer-
 bum, hæc ordinatio dei terram sæcundat. Hoc uerbum,
 hæc ordinatio dei e terra uaria germinantia exuscit at.
 Vnde & Paulus in priore ad Corinthios epistola capit

ANNO HEGEN.

tertio: neq; qui plātat, aliquid est, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

SED AGRICVLTURA MA XIME &c.

Vnde & Virgilius libro secundo Georgicorum
O fortunatos inquit, sua si bona norint.
Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem uictum iustissima tellus.
Vnde & Cato in libello de re rustica scribit, q; cum olim
uirum bonum laudare uoluerint, bonum agricolam bo-
numq; colonum eum appellarint.

In græco est θυραυ λείν, id est domum custodire, uel
ante ianuam stare ut Hesichius interpretatur.

AD HAEC ET AD FORTITVDINEM &c.

Aristoteles, ut mea fert sententia, hoc Eucomium
agriculturæ ex Xenophonte mutuatus est. Nam & is
in œconomico interprete Raphaële Volaterrano de
agricultura loquens inquit. Habet hæc diligentiam quā-
dam & uoluptatem: insuper domus augmentum, exer-
citationemq; corporis, quantū homini libero fas est. Sed
& pecuariam agriculturæ annexam nemo dubitat, qua
propter corpora uegetoria ac firmiora reddit. Præter
eaq; impigros facit &, matutino surgere, properareq;
ad opus suadet. Vide Virgiliū in secundo Georgicorū:
& Ciceronem in libello de senectute. Huc refer etiam il-
lud quod scribit Aristoteles libro politicorum sexto.

IN OECONOMIA ARISTOTELIS

μετάδε τὸ γεωργικὸν πλῆθος, βέλπισος ἀν-
 μος ὅστις, ὅπου νομεῖς εἰσὶ καὶ ζῶσιν ἀπὸ βοσκ-
 μάτων, πολλὰ καὶ ἔχει τῇ γεωργίᾳ παραπλε-
 σίως. καὶ τὰ πρὸς τὰς πολεμικὰς πράξεις, μά-
 λις οὗτοι γεγυμνασμένοι τὰς ἑξεις, καὶ χε-
 σμοὶ τὰ σώματα, καὶ δυνάμενοι θυραυλεῖν.

QUE VERBA SIC VERTO.

Secundum agriculturalum multitudinem, optimus po-
 pulus est ubi pastores sunt, et uitam sustentant ab ani-
 malibus. Nam uita pastoralis agriculturae in multis simi-
 lis est, etiam in his quae ad res bellicas faciunt. Hi enim
 maximo usu magnam exercitationem sibi compararunt,
 et corporibus ualent tum sub dio stare possunt. Vide
 et Columellam libro primo de re rustica. M. Varronē
 in primo. Nec incelebris est uox Theophrasti
 ἡ γεωργία ἀνδρὶ καὶ εὐλευτέρου ὅστις ἀξία
 Id est, agricultura homine libero digna est.

IN ALIIS LIBRIS ETC.

Maxime in lib. 2. de anima. ubi sic inquit.

Φυσικώτατον γὰρ ἐν τοῖς ζῶσιν ἔργον, ὅσα τέλεια
 καὶ μὴ πρῶμενα, καὶ τὴν γένεσιν αὐτόματον ἔχει,
 ὅτι ποικίλα ἔσονται οἷα αὐτῶν.

QUE uerba sic uerto.

Inter ea quae uiuunt opus est maxime naturale, ut ea
 quae perfecta sunt non mutila sunt aut quae suapte sponte
 nascantur facient aliud tale qualia ipsa sunt, sic animal

ANNO. HEGEN.

Animal, planta plantam parit.

SED FIERI NON POTEST &c.

Disputat hic Aristoteles de causa societatis maris & foeminae, & eam a natura animalibus inditam esse probat. Huc refer & illud Vlpiani in lege prima Pandect. de iusticia & iure, dum ius inquit naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non humani generis proprium est, sed omnium animalium, quae terra marique nascuntur. Hinc descendit maris atque foeminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus. Hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus enim cetera animalia istius iuris peritia censer. Porro Aristoteles propterea hic de causa societatis maris & foeminae disputare, & eam in naturam reijcere uidetur, ut quando natura mas cum foemina consociatur, paterfamilias tanto maiore beneuolentia uxorem complectatur, ut cuius societas natura & necessitate constat.

ANIMALIA PRUDENTIORA &c.

Sic Plinius de Elephantibus lib. octauo capite quinto scribit: pudore namque non nisi in abdito coeunt mas quinquennis foemina decennis. Nec adulteria nouere. Nullaque propter foeminas inter se praelia ceteris animalibus pernicialia, non quia desit illis amoris uis &c.

IN HOMINE AUTEM.

De illa naturali & legitima maris & foeminae societate, quantum ad homines pertinet, loquitur etiam scriptura sancta. Genesis primo. Masculum & foeminam

IN OECONO. ARISTO.

creauit eos, benedixitq; illis Deus & ait. Crescite, multiplicamini & replete terram. Gene. secundo. Dixit quoq; dominus non est bonum hominem esse solum faciamus ei adiutorium simile sibi &c. Ex quibus uerbis quoq; nemo nō colligere potest homines creatos ut crescant & multiplicentur: & adeo naturæ humane illā & crescēdi & multiplicandi uim a deo insitam esse, ut quā uerbum hoc, fiat lux. Gene. primo, potens est in sole & alijs stellis, ut luceāt, quā uerbum hoc dei germinet terra herbam uirentem, potens est in terra, ut uiuat & fructum producat, tā etiā uerbum illud dei, crescite &c. hominum dictum in homine potēs est. Et proinde illi diuine ordinationi, nemo sine gratia dei resistere potest. Vnde & deus matrimonium instituit, in quo diuina illa ordinatio legitime conseruetur. Et quando Aristoteles hoc loco occasionem dicendi de fine matrimonij præbet, obseruabit iuuenis, deum matrimonium duobus nominibus instituisse, partim ut liberi procreentur, quemadmodum præcipit Dominus Gene. primo. Crescite & multiplicamini. Partim ut scortatio una cum alijs nefandis libidinibus uitetur, & ira, quæ scortationis & aliarum turpissimarum libidinum gratia commouetur declinari possit. Vnde & Paulus in priore ad Corinthi. epistola capite primo inquit. Propter scortationem unusquisq; uxorem suam habeat, & unaquæq; suum utrum habeat. Ridebunt forsitan aliqui Epicurei istas causas matrimonij instituti, sed illi audiant quid dicat Paulus ad

lus ad Hebreos ult. cap. Scortatores iudicabit deus &c.
AVFFERANT.

Christiani certe aliter sentiunt de liberorum procreatio-
ne: nam ideo liberos procreari debere dicunt, ut sint ho-
mines, qui & religionem Christianam conferuent, urbes
regant, prouincias gubernent, id quod fit si liberi recte
educantur. Nam notum est illud Platonis im. 1. de legi.

κεφάλαιον Δὲ παίδας λέγειμεν τὴν ὀρθὴν
ἔοφον.

Id est, Caput eruditionis censemus rectam educatio-
nem. Sic autem liberi recte educantur si primo omnium
commoneantur, ut deum prae oculis habeant, ad uerbum
dei uitam componant, iram dei quam possint diligentis-
sime uitent. Nam sic inquit Salomon in gnomis. Initium
sapientiae id est cognitionis dei est timor domini. Deim-
de docebuntur pueri, ut etiam deo fideant, omnia bona
de illo sibi polliceantur, & omnia quibus opus habent
ab illo petant. Ad extremum curabunt parentes, ut li-
beri si modo ingenio tolerabili sint, literis bonis imbu-
antur, aut si id nolunt aliquod artificium sedentarium di-
scant. Vt uero parentes tam pie tam diligenter liberos
educant, curent, moueat eos illud quod praecipit Domi-
nus Deuteronomij sexto. Erunt uerba haec quae ego prae-
cipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis &
meditaberis sedens in domo tua &c. Moueat eos &
Paulus ad Ephe. sexto, Patres educate liberos in erudi-

IN OECONOMIA ARIST.

tione & admonitione domini. Nec immerito scriptura tam serio præcipit, ut parentes curam liberorum habeant. Nam uulgo dici solet, ut pueri assuescimus ita uiuimus senes, quemadmodum & Salomō in gnōmis inquit cap. uigesimo secūdo: si dirigatur adolescens in uia suā etiam cum senuerit non ab ea recedet, hoc est, si adolescentia in dei cognitione recte & bene instituetur, tandem in senectā de deo, tum recte tum bene sentire potest. Porro de ratione recte instituēdi pueros scribit quoq; Aristoteles in octauo politicorum.

NAM SOCIETAS MARIS ET FOEMINAE &c.

Aristoteles hoc loco docet unde societas uiri & foeminae proficiscatur, & cur sit, & docet eam esse a natura, & ad prolem generandam necessariam existere. Sic uero colligit. Omne animal natura cupit sibi procreare simile, sed hoc sine societate uiri & foeminae fieri nō potest. Ergo societas illa maris & foeminae a natura est, & necessitate ad procreandam prolem constituitur. Deinde per quandā rhetoricam distributionem probat maiorem propositionem. Nam primo probat ab animantibus, deinde a mansuetis, postremo ab hominibus.

SIC VTRIVSQUE NATURA

Quadam procatalepsi propemodum utitur: nam cū dici posset si societas uiri & foeminae natura cōstat, quānam igitur sit quod non similiter robusti sint, non eadē faciant

faciant uir & mulier. Respondet Aristoteles non sine magna providentia diuina factum quod uir & mulier non sinuliter robusti sint. Et quāuis non eadem faciant, ac quāuis contraria sæpe facere uideātur, tamen omnia eorum opera eodem. i. ad eandem utilitatem respicere nimirum ad propagandos & conseruandos homines.

NAM VIRVM ROBUSTIOREM &c.

Vnde & grammatici dicunt uirum appellatum a ui, quod potentia præstat, & mulierem dictam a mollitie & imbecillitate. Vide quoq; Lactantium Firmianum in lib. de opificio Dei.

ET VIR RES FORIS PARET &c.

Aristoteles hoc loco recte quidem docet ut uir foris uictum quærat, sed hoc quod præcipuum est omisit, nimirum, undenam uir accipiat ut uictum paret, qua de re literæ sacræ sic docent: uir laborabit ut cutis, quemadmodum in prouerbio est eius sumet, & sudor per faciē eius deflillet. Gene. tertio. In sudore uultus tui uesceris pane tuo, & in posteriore ad Corinth. epistola cap. duo. & decimo. Non enim debent filij parentibus thesauros colligere, sed parentes filijs. Salomon in gnomis cap. xix. inquit. Domus & diuitiæ dantur a parentibus. Nam quāuis folijs Sibillæ ut dici solet uerius est, quod solus Deus uictum impertit, tamē Deus uictum per nostrum laborem impertire uult. Sed hic cauendum est, ne quis putet quod suo labore uictus paretur. Nam hic error est plane im-

pius & gentilis. Etenim quemadmodum deus laborem præcepit Gene. iij. ita non uult, ut quis spem suam in labore collocet, sed hoc animum suum inducat credere, quod sola benedictio domini diuites facit, citr. & molestia, ut inquit Salomon in gnomis cap. x. Quare recta ratio comparandi uictum, est Deo fidere. Nam sic docet Christus, Matth. sexto. Primum querite regnum Dei & iusticiam eius & omnia adicientur uobis, hoc est, discite primum Deo fidere, & hæc spem de illo cōcipere, quod uos enutriturus est, & labor uester fortunabitur, & uictus uobis adfatim suppeditabit. Breuiter uir laborabit, sua uacatione fungetur, sed laboris successum, sed curā de uictu futuro Deo committet.

MVLIER VERO PARTAS INTVS &c.

Hoc officium esse probæ matris familias etiam scriptura sancta testatur. Nā Paulus ad Titum secundo uult iuuenes mulieres esse, ut eius uerbo utar οἰκουπόνοί, hoc est, domus custodes, uel ut apertius dicam, ut rerum domus habeant curam, ut quæ parata sunt a uiro recte disponant, ut familiam in officio contineant, id quod olim apud gentiles bello figmento docebatur. Nam auctore Plutarcho in præceptis coniugalibus Phidias statuarius Heliensibus fingeat Venerem pedibus premere testudinem. Quo figmento nihil aliud uolebat adumbrare, quam quod ueluti testudo domum suam nunquam deserit, ita etiam honesta mater familias nunq̃ nō domus suæ curam

A N N O. H G E E N.

curam gerere debeat. Vnde & Salomon in gnomis cap.
24. inquit. Mulier sapiens ædificat domum suam. Hoc
est, domum suam curat, à uiro parta, ut inquit hic Arist^o
teles in domo conseruat, & sequitur in Salo. stulta uer^o
mulier euertit domum, hoc est rem familiarem dissipat
res partas a uiro dilabi patitur. Huc refer illud Plutar
chi in præceptis connubialibus. Lunam cum abest a sole
lucidam claramq; uidemus, admota soli obscuratur &
occultatur. At contra modestam uxorem oportet cum
uiro existentem sese maxime uidendam exhibere, cum
uero abest uir, ædes custodire & latere.

NAM MVLIERV M EST LIBEROS &c.

De puerorum educatione, uide Platonem lib. septi
mo de legibus, Aristotelem lib. octauo poli. Plutarchum
in libello de puerorum institutione.

VELVTI PYTHAGOREI DICVNT &c.

Videtur Aristoteles ad illam legem ueterem ex pri
scæ religionis ortam alludere, qua statutum erat, ut qui
ad larem alicuius confugisset, a nemine iniuria adficere
tur. Nam lar sacer deæ Vestæ credebatur, ut ostēdit Ari
stophanis interpres in Vespis ex quodam Aristocrito.
Iam Pythagorici Philosophi ita colligebant si serua ad
larem alicuius fugiens iniuria adficienda non est, ergo
nec uxor, quæ ad larem uiri confugit iniuria adficienda
est. Est autem locus a pari. De lare uide quoq; Plautū in
Aulularia.

IN OECONO. ARISTO.
ID QVOD ETIAM ET LEX
COMMVNIS &c.

Aristoteles hoc loco leges quasdam uiro præscribit
quas erga uxorem suam seruare debeat, sed docendi gra-
tia etiam adferam leges quas literæ sacræ uiro præscri-
bunt, Quarum prima est ut uir etiam adulterium uitet.
Sic Salomon in gnomis capi. quinto. Exhilaret te uxor
quam adolescens ducis eius amore contentus sis, &
exple animum in illa sola quæ tua est. Et addit pulcher-
rimū simile a cerua & hinnulo quæ eius naturæ sunt, ut
studiose se coniungant & adeo se mutuo amant, adeo
se magni estimāt ut cerua hinnulos suos ut quadam pro-
pugnet, defendat, tueatur. Sic autem inquit Salomon,
Ceu iucunda cerua & uenustus hinnulus. Secunda lex
est ut uir diligat uxorem, ut Paulus ad Ephesios. .i. &
ad Colos. 4. docet. Sed hic obseruandum est aliter uxo-
res diligi a uiris pijs, aliter a uiris impijs, impius sic dili-
git uxorem suam non ut Dei uoluntatem in ea spectet:
solum suæ libidini faciat satis, quæ dilectio beluina non
Christiana est, Pius uero in uxore sua aliud spectat nihil
quàm & Dei uoluntatem & mandatum. Et quia uxor
ut a Deo socia laborum data est, eam ut rarum Dei do-
num propter Deum & diligit & magnificat ac boni
consulit etiam si quid in ea est quod ei nauseam moueat:
ueluti si deformis est, si inopia laborat: hoc omnē leuat
nauseam quod certius est uitam quam cum uxore illa sua
traducit

traducit Deo placere ut quod maxime. Et hoc uolunt Apostoli dum docent ut uiri uxores suas diligant in domino, hoc est propter dominum quia a Deo dono data est uxor. Id quod haud dubie uult etiam Salomon in gnomis cap. 18. Qui inuenit uxorem inuenit bonum & hauriet iucunditatem a Domino. Tertia lex ut uir modeste cum uxore sua agat & sic se moribus eius accommodet ut aliquid quod modo sine scelere fieri potest ei condonare queat. Sic enim inquit Petrus in priore epistola capit. 3. Viri similiter cohabitantes uxoribus secundū scientiam ut imbecilliori uasi &c. Vulgo dici solet mulieres gestant longas uestes & breues habent mentes. Proinde dabit operam uir ut pro eo atq; decet uxorem suā tractare sciat. Quarta lex ut maritus suo labore & uxor & liberis uictum comparet, illos ut caput tueatur, defendat, progugnet. Nam cū uir uxoris sit caput ad Eph. quinto. Quis non intelligit quod uiri sint partes tā uxorī quā liberis ut eius membris uictum comparare?

LEX QVAE AD MATRIMONIUM &c.

Huius legis de qua hic Aristoteles uerba facit non puduit etiam diuum Paulum in priore ad Corinth. epistola cap. 7. Dum inquit. Mulieri uir beneuolentiam reddat similiter & mulier uiro. Mulier proprii corporis potestatem non habet, sed uir. Similiter & uir proprii corporis potestatem nō habet, sed mulier. Ne defraudate uos inter uos nisi ex consensu ad tempus, ut uacet is ie iunio

IN OECONO. ARIST.

Et orationis et iterum ad idem redeatis, ne tentet uos
Satanas propter intemperantiam uestram.

NAM MORVM DISSIMILITVDO &c.

Hesiodus in secundo lib. agriculturæ monet ut in tē-
pore ducatur uxor. Sic enim inquit græce.

ὦραϊ & γυναικα τὸν ποτὶ οἶκον ἄπειδ.

Orem uersiculum sic uerto.

Mature tua duc sub tecta tenellam.

Porro Aristoteles libr. poli. 7. Puellas octodecim an-
nos nuptui tradendas esse docet, masculos autem circi-
ter ætatem annorum sex & 30. ducere uxores præci-
pit. Et causam addit quod hoc tempore & corpora ui-
geant ac temporis progressu simul oportune procrea-
re possint desinere.

Sic autem in sua lingua loquitur Aristoteles.

διὸ τὰς μὲν ἄρμόττει περὶ τὴν ὀκτώκαιδεκά-
ἐτῶν ἡλικίαν συζευγνύναι. τὰ δὲ ἑπτὰ καὶ τριά-
κοντα, ἢ μικροῦ ἐν τούτῳ ὅτ' ἀκμάζουσιν ἐν τοῖς
σώμασι σύμβυξις ἔσται. πρὸς τὴν παῦλαν δὲ
τεκνοποιῶσιν, συγκαταβήσεται τοῖς χρόνοις δι-
καίρως.

Plato libr. 6. de legibus in fine nuptiarum inquit tem-
pus puellæ sit a. 15. in. 20. idq; sit lōgissimum tempus ad
hoc institutum: masculo a. 30. ad. 5. & 30. Idem Plato in
lib. 4. de legibus uxorem inquit ducere quisque debet
ab anno

ab anno. 30. ad trigesimum quintum, cogitans quod natura quandam humanum genus immortalitatem consequitur, cuius rei quisq; natura summopere est cupidus. Nemo enim est qui non cupiat perpetuum apud posteros nomen habere. Genus autem hominum immortale hoc modo in sempiternum perdurat &c. Ex quibus uerbis ut obiter hoc moneam iuuenis intelligit superiorem sententiā Aristotelis quod natura hominem ex homine, uel simile ex simili procreando efficiat ut semper sit, ex hoc loco Platonis sumptum esse. Ceterum Hesiodus censet uirum haud ita multo etate minorem. 30. annorum aut maiorem ducere uxorem debere. Sic autem inquit Hesiodus.

μήτε τριηκόντ' ἔτεων, μάλα πρὶν ἢ ἀπολείπειν
μήτ' ἐπιθείς μάλα πρὶν ἢ γάμος δὲ γοι ὄριθ'
οὐτ'.

Quos uersiculos sic uerto.

Non à ter denis annis procul & neq; supra
Anno s sit totidem, uxorem sic tempore ducet,
Adhæc Hesiodus præcipit ut iuuenis adolescentulam ducat uxorem. Aetiologiam addit ut eam castos mores docere, & ad suos mores assuefacere possit, quod frustra ab anu decrepita expectet. Nam hic nulla morum similitudo est, ergo neq; ut inquit hoc loco Aristoteles amicitia, & tamen necesse est ut sit similitudo quædam uitæ

IN OECONOMARIIS

in coniugio. Quia matrimonium est uiri & mulieris cō
iunctio indiuiduam uitæ continens consuetudinem: in
paragrapho nuptiæ in institutiōibus de patria potestate.

PORRO QVOD AD ORNATVM
ATTINET &c.

Qualis ornatus mulieres deceat docet Petrus in pri
ore epistola cap. 3. quarum ornatus sit non externus, qui
situs est in plicatura capillorum & additione auri aut
in palliorum amictu, uerum occultus qui est in corde ho
mo si is careat omni corruptela, ita ut spiritus placitus
sit et quietus, qui spiritus in oculis dei magnifica ac sum
ptuosa res est. Sic Plutarchus in præc. cōnubialibus scri
bit, quod cum Lisandri filiabus muliebrē mundam præ
ciosum tyrannus Siculus misisset, ea Lisander capere no
luit, dicens: hoc ornamentum de honestabit potius filias
meas quam ornabit. Et addit Plutar. Ornamentum est in
quit Crates quod ornat. Ornat autem quod honestiorem
mulierem facit, talem uero præstat nō aurum non Sma
ragdus non Coccineus color, sed quæcunq; grauitatis
moderationis & pudoris specimen adhibent. Porro mo
destus ornatus in muliere non improbandus est si mo
do ornet ut marito suo & non alijs placeat. ut disputat
Paulus ad Corinth. in epistola priore cap. septimo.

QVAPROPTER PRIMO OMNI
VM SERVI COMPARANDI
SVNT &c.

Precepta

A N N O . H E G E N .

Præcepta alia œconomica præscribit. Quorum primum est, ut paterfamilias habeat seruos & quidem sedulos. Diuidit autem Methodice seruos in duo genera, curatorem & operarium. Curator est qui negotia grauia Domini curat & rebus omnibus scrijs domini præficitur. Operarius est qui uiles labores subit ut qui arat, seminat, pecora custodit. Deinde pergit alia præcepta patrifamilias erga seruos obseruanda præscribere.

SIC VERO AGES CVM SERVIS &c.

Recte hic quomodo paterfamilias se erga seruos gerat, docet Aristoteles, sed hoc addendum est patrifamilias quoque esse ut seruos & totam familiam suam in recta pietate erudiat, & doceat eam recte cognoscere ac quis uerus Dei sit cultus. Nam quando serui & serue auctori bus Apostolis æternæ quoque uitæ per fidem Christi consortes sunt, æquum est ut hæc de quibus dixi doceantur. Quomodo autem familia tractanda sit literæ sacræ quoque multis in locis docent, nam Ecclesiastici. 3. Cibum & uirga, & onus asino, panis & disciplina & opus seruo. Salomon in gnomis cap. 29. Serui non emendantur uerbis, nam tametsi intelligant contemnum tamen, & paulo post. Si a puero seruus delicate tractatus fuerit, dominari postea uolet. Et summa tractationis familiæ est hæc. Principio curabit paterfamilias, ut & hæc præcipit Aristoteles, ut familiæ cibum commodum subministraret, ita tamen ne nimio expleatur cibo, nam ex ni-

IN OECONO. ARISTOTE.

mula pabuli copia serui ferè ferocire solent. Deinde paterfamilias ut hic inquit quoq; Aristoteles erga seruos & totam familiam non remissus sit, hoc est ne nimium eis indulgeat, ut se seruos esse meminerint. Ad extremũ dabit operam paterfamilias ut familia semper in officio sit, & pensum impositum absoluat. Etenim Eccl. 33. multa mala docet ocium, in opera constitue eum. Nam ubi manus ei laxantur libertatem querit. Porro hæc quæ hic Aristoteles de seruis præcipit ex Platone sumpsisse uideatur. Nam sic Plato scribit lib. de legibus. 6. Est autem recta seruorum educatio, ut nulla ipsis contumelia inferatur, castigandi cedendiq; semper iure sunt serui. neq; ita monendi ut liberi ne molliores fiant, allocutio omnis ad seruos quodammodo imperium sit. Neq; iocus ullus cū ipsis seu foeminis seu masculis habeatur. Quod nulli stulte facientes, dum delicatius eos nutriunt, difficilio rem sibi uitam & ad imperandum & illis ad obediendũ reddunt. Hæc Plato; cæterum obseruabit hic quoq; iuuenis Aristotelem hoc loco loqui de seruis emptis & captiuis in quos domini quondam habebant potestatem tam uitæ quam necis ut indicat Imperator Iusti. in institutio nibus in titulo de his qui sui uel alieni sunt iuris.

CASTIGATIO

Quomodo castigandi sint serui docet Imperator Iustinianus in lege Vnica Codice de emendatione seruorũ, & summa legis est ut dominus moderate seruos corri gat,

ANNO. HEGEN.

gat. Quanq̃ & in illa lege imperator de seruis sui seculi loquitur, quomodo uero Christiani serui & emendandi & tractandi sint docet Paulus ad Ephe. 6. Et uos domini eadem facite erga seruos remittentes minas, scientes quod et uester ipsorum dominus est in celis, nec personæ respectus est apud illum.

ET FACIT VT SERVI LABORIBVS &c.

Vnde est illud Homeri libro nono Iliados

νῦν μὲν κοιμήσῃσθε τετάρτοι οἱ μέντοι φίλον ἦτορ
σίτου τ' οἶνοιο, θ' ὅρ' μὲν ὅσι κ' ἀλκή.

Quos uersiculos sic uerto.

Nunc dormite simul pectus recreate benignum
Et uino & dapibus, quæ seruant corpora nostra.

RELIQVVM EST VT SERVI &c.

Recte quidem Aristoteles docet ut serui pensum laborum suorum persoluant, sed literæ sacræ causam addunt propterquam familia laboris sui satagere debeat, nempe quod id Deus præceperit. Nam sic inquit Paulus ad Ephe. 6. Serui obedite ijs qui domini sunt iuxta carnem cum timore & tremore cum simplicitate cordis ustri tanq̃ Christo, non ad oculum seruientes, ueluti hominibus placere studentes, sed tanq̃ serui Christi, facientes ea quæ uult Deus &c. Eadem tradit Paulus ad Colloss. tertio. & in priore ad Timot. cap. 3. Et Petrus in priore epistola cap. 2. quæ uerba seruos maxime Christianos

IN OECONO. ARISTOT.

valde consolabuntur. Nam an non illi consolabuntur & primum audiam & uoluntatem & mandatum esse Dei & seruiunt. Deinde quod non hominibus sed Christo seruiunt. Postremo, quod si seruiant liberaliter mercedem a Deo recepturi sint. Nam sic inquit Apostolus Paulus ad Colosse., Sciens quod a domino recipietis mercedem hereditatis ac Domino Christo seruitis.

LIBERIS PROCREANDIS &c.

Admittendi sunt serui ut tandem propter liberos procreatos tanquam quosdam obsides, apud dominos manean & officiis suis fungantur sedulo.

NEC MULTI EIVSDEM GENTIS &c.

Hoc ex Platone sumpsisse uidetur Aristoteles. Nam Plato lib. 3, de legibus inquit, duæ igitur solummodo resstant uia, ut qui facile seruituri sunt & quam maxime fieri possit inter se dissoni.

QUATVOR AVTEM PATRIFAMILIAS

CIRCA PECVNIAS &c.

Recte hoc docet Aristoteles patrisfamilias esse & comparare res & comparatas conseruare. Nam ut & Ouidius in 2. de arte amatoria inquit.

Non minor est uirtus quam querere parta tueri

Casus inest illic, hic erit artis opus.

Sed ex literis sacris monendus quoque est paterfamilias, ut sciat quomodo res comparare possit & quomodo conseruare. Docens autem literæ sacræ, benedictionem Dei facere

A N N O . H E G E N .

mini facere ut rem familiarem comparemus. Nam sic inquit Salomō in gnomis cap. 13. Diuites quidam sunt tam & si magnas opes habeant. Et paulo post: multum escæ est in sulcis pauperū. Vt autē benedictione domini res familiaris comparatur, Ita etiam Deus res comparatas conseruat ne dilabantur. Cæterum Aristoteles hunc locum sumpsit ex œconomico Xenophontis ut & indicat Cicero lib. offi. 2. dum inquit. Res familiaris queri debet his rebus a quibus abest turpitudine, conseruari autem diligentia & parsimonia, ijsdem etiam rebus augeri & c. Quod autem dicit Cice. rem familiarem parsimonia & conseruari & augeri, id quoq; approbat Salom. in gno. cap. 21. redigitur ad in opiam qui amat gaudia: & quisquis amat uinum non ditescet. Hæc Salomon. Huc refer etiam prouerbiū illud quod refertur pandectarum lib. 32. titu. de lega. & fid. commissis. Pecunia sine pecunio fragilis est. Porro hoc loco obseruabit iuuenis pecuniarum nomine non tantum nummos, hoc est pecuniam numeratam, sed omnes alias res tam mobiles quàm immobiles contineri. Vide legē Pecuniæ Pandectis de uerborum significatione & ibi Alciatum iurisconsultum,

ET SINGVLA QVAE POSSIDET & c.

Hæc lex luculente explicatur ab Xenophōte in œconomico: sic uero inquit interprete Raphaële Volaterano. Nihil in rebus humanis est ordine præstantius nihil utilius. Et paulo post. Hæc tu facile uitabis, si ordine

IN OECONOMIA ARISTOTELIS.

res cōdas ordine quoq; promissas, ut qui tibi sint opus abū
de facileq; capias & mihi grater exhibeas, locum cō
stituemus rebus quibusbet oportunum.

TVM NEGOTIATIONES ITA DISTRIBVIT

Sic mercator non totam substantiam suam uni credat
navis, ne nihil supersit unde damnum sarcatur si navis
interierit.

NVLLVS ENIM TAM DILI GENTER &c.

Sic Plautus in mercatore: suam quisq; homo rem me
minit, qua sententia significatur id quod hic ab Aristotele
quoq; refertur, quod in alieno negotio dormitant ho
mines, in suo quisq; & uigilat & attentus est. Vnde re
cte apud Gellium lib. 2. cap. 29. Ennius inquit. Hoc tibi
sit argumentum semper in promptu situm. Ne quid ex
pectes amicos facere quod per te queas. In quam senten
tiam extat bellissimus Esopi apologus de casita auicula
que negavit esse periculum donec res alienis manibus
esset commissa. Huc etiam alludit Plaut. in Penulo. Ita ne
tentas an sciamus nos meminisse nostras?

NAM PERSA INTERROGATVS QVID MAXIME EQVVM &c.

Sic Cato in libro de re rustica capite quarto. Si bene
inquit edificaueris, libentius & sepius uenies, fundus
melior erit, minusq; peccabitur, fructi plus capies, frons
occipitio

ANNO. HEGEN.

Occipicio prior. Plinius libro historiae mundi. 8. capi. 30.
Eum tamen inquit, qui bene habitet saepius uenitare in
agrum, frontemq; Domini plus prodesse quam occipiciū
non menciuntur. Rursus eiusdem lib. 6. Et ideo maiores
in agro fertilissimum oculum Domini esse dixerunt. Plu-
tarchus in libello de educandis pueris.

καὶ ταῦθα δ' ἡ γῆθεν ὑπὸ τοῦ ἰσχυρότου χάριεν.
ὡς οὐδὲν ὅπως παίνει τὸν ἵππον, ὡς ὁ βασιλεὺς
ὁφθαλμῷ.

Hoc est. Vnde & illud scite dictum est ab Equifone:
nihil adeo saginare equum ut regis oculū. Inde Aeschylus
in Tragedia cui titulus Persæ. Domini præsentiam
oculum domus uocat.

ὄμμα δὲ λόγων νομίζω δευτέρου
παρουσία.

Id est, oculū. n. domus Domini existimo præsentia:
NON ENIM FIERI POTEST
NEC IN ALIIS &c.

Sic Salomon inquit, diligenter cognosce uultum pec-
oris tui, quod præceptū est œconomicū. Nā aliud uult ni-
hil Salomon quam ut paterfamilias utatur suo, temperet
sibi ab alieno, res suas diligenter curet. Ita tamen ne oc-
cupatus re familiari timoris deis fidei, uerbi Dei, ueluti
Megarensium, ut dici solet, prorsus nullam rationem
habeat.

IN OECONO. ARIST:

NON ALITER ATQVE

CIVITATEM &c.

Recte docet hic Aristoteles ciuitatem non incustodiam esse debere. Sed illud etiam cogitandum est quod Salomon scribit Psalmo. 127. Nisi dominus custodierit ciuitatem in uanum uigilant qui custodiunt eam. Vbi docet Salomon non humana industria, non humana uigilia, quam nec illa praetermittenda est ne Deus tentetur, sed a Domino custodiri ciuitatem, id est conseruari ciuitatem, ciues, leges, totam politiam, & omnia quae in ciuitate sunt. Est ergo singularis Emphasis in uoce Dominus.

PRAETEREA QVAECVNQVE FACIEN

DA SVNT EA NEC &c.

Aristoteles uidetur hunc locum ex lib. 7. de leg. Platonis sumpsisse. Nam sic Plato inquit interprete Marsilio Ficino. Certe omnibus turpe illud & illiberale uideri debet, ut ciuium aliquis per totam dormiat noctem, nec prius excitetur & surgat, & ut hoc toti familiae pateat. Quinetiam ut domina ab ancillis non ancillae ab ipsa primum excitentur turpe dicendum apud seruos, ancillas, pueros, & domum denique si possibile sit uniuersam. Nocte igitur, exurgant & magistratus publicum aliquid, patres uero matresque familiae in domibus proprijs rem suam curent. Somnus enim multus nec corporibus nec animis neque rebus gerendis conducit. Nemo quidem dum dormit alicuius est precij, non magis quam si non uiueret.

ANNO. HEGEN.

ret. Quare quicunq; uiuere & sapere cupit maxime &
longissimo tempore uigilet. Hæc Plato. Cato in lib. de re
rustica cap. 5. uillico ita præcipit. Primus cubitu surgat
postremus cubitum eat. Huc refer illa quæ scribit Hesio
dus in 2. libro agriculturæ.

ὄρθρου ἀνίσταμεν θ' ἵνα πρὶ ἐΐθ' ἀρχῇ ἔινῃ
ὥς ᾧ ἔργιο τρίτην ἀπομείρεται αἶαν
ὥς πρὶ προφέροι μὲν ὁδοῦ, προφέροι δ' ἐκ ἔργου.

Quos uersiculos sic uerto.

Mane fac exurgas tibi quo sit copia uictus
Namq; aurora operis ternam persoluere partem
Assolet, ipsa uiam tibi subleuat, ipsa laborem
Promouet omnigenum.

EVERIT AVTEM TALIS SI
BOREAE &c

Id est, Aquiloni, qui ut Plin. lib. 2. cap. 47. scribit salu-
berrimus oim uentorum est, quia siccus est & frigidus.

VT AVTEM DOMVS SIT
COMMODA &c.

Quando Aristoteles hic situm domus docet, non abs-
re forsitan erit si illud hic attulero quod Plutarchus scri-
ptum reliquit in symposio septem sapientum. In quo
agitatum scribit quæ nam domus sælix foret, ubi Solon
respondit optimam sibi domum uideri in qua pecuniæ
honeste comparatæ essent, nec earum custodes infidi ha-

berentur, nec earum quæ erogarentur poeniteret aliquē
 Bias uero putauit optimam domum in qua suapte spon-
 te Dominus est talis qualis est foris metu legis. Thales
 uero ubi pingue & plane græcum ocium Domino per-
 mittitur. Cleobolus si plures sint qui Dominum ament
 quam qui metuant. Pyttacus eam domum optimam cen-
 suit, quæ & necessarijs & redundantibus superflueret.
 Chilon administrationi regiæ domum similem esse debe-
 re dixit. Alia apud Plutarchum uide.

Finis Scholiorum in primum
 librum œconomicorum
 Aristotelis.

3

 DEMONA

CTIS PHILOSOPHI VITA EX

Lutiano latine conuersa.

A CHRISTOPHORO
HEGENDORPHINO.

MEMORIAL

OF THE

PROGRESS OF

CHRISTIANITY

IN THE

CHRISTOPHO

RVS HEGENDORPHINVS

D. Bartholomæo Niscio Iuueni cum primis
generoso iuxta optimarum lite-
rarum cultori maximo

S. D. P.



VM NVPER IN LV-
ciano, Bartholomæ Gene-
rose, uersarer, inopinato
in uitam Demonaclis phi-
losophi incido, quæ cum
semel atq; iterum à me le-
cta, mihi summopere pla-
cuisset, non putauì me iuue-

nibus Græcæ literaturæ ignaris rem ingratam facturum
si uitam philosophi illius latinam facerem. Poterunt enim
inde iuuenes studiosi conijcere, qua ratione ueteres illi
sophi uitam suam traduxerint. Poterunt inde cognosce-
re quàm quondam homines illi Ethnici magis quàm ple-
rig; hodie Christiani, ut uideri uolunt, uirtutum politica-
rum studiosi fuerint. Tum nec illud ingratum dicam an
infrugiferum studiosis erit, sermones philosophi Demo-
naclis oppido facetos, qui omnes præter unum aut alte-
rum, purissimi sunt, legere. Ex his enim coniecturam
cipient, quàm religiosius, quàm uerecundius homines

EPISTOLA

Ethnici inter sese iocati sint, quàm nos Christiani inter
 Christianos iocamur. Ex his colligent, mores quidè alio
 rum ab Ethnicis damnare, sed modeste, sed in os. Quid
 autem nos Christiani, si dijs placet, in mutuis congrega-
 bus facimus? Cum primis conuenimus discerij etiam au-
 ditu detestandis, deposita omni religione, absterfo omni
 pudore certamè inter nos sumimus, in quo is uictor abit,
 qui quam obsceniſſima quæq; effutit. Nec satis est pes-
 simam sermonum Memphium exhalare, nisi etiam de
 absentibus hominibus, qui nobis aliquando nec non sunt,
 nec nos uel uerbulo læserunt unquam, pessime et loqua-
 mur et sentiamus. Nec absentium mores corrigimus, sed
 illorum existimationem eleuamus, sed illorum famam tã
 atram reddimus quàm carbo est. Nec his contenti, mul-
 tos ita clancularijs obtreccionibus prodimus, ut in pe-
 ricalum et rerum suarum et uitæ ueniant. Et quod ma-
 xime illiberale est, si præsto sum ij de quibus cū absen-
 tes essent, adeo male et locuti sumus et sensimus, ne-
 mo hiscere audet. At cum absunt, nulla non in illos lo-
 quaciſſime deblateramus. At cum tu mi Bartholomee
 illud obtreccionum uulgus caue prius et angue odio ha-
 beas, et facetos quidem illos, sed nõ nigro sale aspersos
 sermones oppido ames, uitam Demonactis a Luciano
 quidem primum Græce scriptam: deinde uero a me la-
 tio donatam tibi dedicare uisum est, ut inde sermo-
 num con-

EPISTOLA

Non conuiuijs non indignum syluam quàm maximam
colligas. Et quamuis libellus hic sit minutior, quàm ut
tibi iuueni maxime nobili nuncupetur, tamen cum in
præsentia mihi aliud quod tibi gra-
tum possit esse, occurre-
ret nihil, id quicquid
est quod occur-
rit, boni con-
sulas oro.
Vale

Ex Posnania An.
M. D. XXXV.

E s

DEMONA

CTIS PHILOSOPHI VITA

conscripta à Luciano.



EC NOSTRA QVI
dem uita omnino uiris di-
gnis oratione & memoria
expers futura est, quin &
hæc philosophum & uirtu-
te insigniter præditum, &
mente oppido sublimi ex-
cultum ostendere potest.
Dico uero Sostratum illum

Boeotium intelligens, quem Græci Hercules nomine di-
gnabantur, & cum Herculem esse existimabunt. Dico
uero maxime Demonactem philosophū intelligens, quos
& ipse uidi, & uisis illis admiratiōe percussus sum. Cū
altero nempe Demonacte, mihi & quam diutissime fami-
liaritas intercessit. Et Sostratum quidem in alio libro ce-
lebraui, & ostendi quāta eius magnitudo, & quā præ-
stans roboris eius excellentia fuerit, & quomodo in Par-
nasso suo dio uitam egerit. Tum in montibus enutritum
fuisse, & opera a nomine eius non absona commemora-
ui, illa quæ aut in latronibus interceptiendis, aut uias in-
uias permeando, aut fontes à nullo antehac factos, faci-
endo egerit. Sed de Demonacte in præsentiarum equum
est

EX LVCIANO

est duobus nominibus ut dicam, quod ille: ut mea fert opinio: inter optimos futurus sit, si eius memoria ad posterum transmittatur. Et ut generosissimi iuvenes ad philosophiam oculos deflectentes, non solum se ad uetera illa exempla accommodare, sed et ex nostra tempestatis hominibus sibi regulam uiuendi proponere, et illum optimum, quos ego noui, philosophum natum emulari possint. Erat uero genere Cyprius, non ex illo obscurorum grege, qui ad functiones ciuiles, et rerum possessionem irrumpunt, non certe, sed omnibus illis superior factus: et rebus prestantioribus dignatus ad philosophie studium animum adpulit. Nec tamen ex illorum albo erat per Iouem, qui se aut ad Agathobuli aut Demetrii se natu grandiores, aut Epicteti philosophiam adiunxerant, sed cum omnibus his, et etiam cum Timocrate illo Heracleota uiro sapiente tam lingua quam animo impensissime ex cultu cōgrediebatur. Et hic Demonax ut dixit: non ab ullo horum quos recensui, admonitus, suo pte et insito impetu ad honestatis studia, philosophie amore a puero titillatus, uniuersa humana bona despiciebat, et se ipsum penitus libertati et licetie tradens, sic uitam traxit. Ipse quidem recta et salubri ab omni crimine aliena uita utebatur, et ijs qui uel uidebāt uel audiebāt mentem suam ipsius exempli uice, et uerā in philosophie studio agende uitae rationem monstrabat. Neque uero illis, ut i dici solet pedibus ad hæc irrupit, sed et cum

VITA DEMONACTIS

poëtis innutritus & plurimorum memor erat & plurimos recitare assueuerat. Tum illa philosophiæ instituta non mediocriter, nequè, ut in prouerbio est, summo digito attingens, perspecta habebat, adhuc corpus exercebat & ad omnium rerum tollerantiam elaborauerat. Et ut in pauca redigam, in hoc omnem ponebat curam, ne quid sibi rerum aliarum deficeret. Proinde postquam hæc omnia didicisset non adhuc sibi ipsi faciens satissultronea morte, relicto proceribus Græcorum multo de ipso sermone uita excessit. Porro philosophiā non in unam speciem partitus, sed multis in unam commistis non admodum qualem philosophiæ specie gauderet præ se ferebat. Videbatur uero ad Socratem quamproxime accedere, quamuis habitu & uitæ quietudine Socratem emulari uisus est, non a communi uiuendi consuetudine abhorrens, ut miraculo esset, & ab illis quibus cum habebat rem suspiceretur. Sed omnium uitæ se accommodans & pedes incedebat, & ne tantillum quidem fastu sublatum, cum nemine non & congregiebatur & conuiuebat, & Socratis quidem simulationem in se non recipiebat, cæterum lepore Attico congressus refertos reddebat, utij qui se accesserunt, abeuntes, neque eum quasi illiberalem despicere, neque tetricas eius obuiurgationes exosi aufugerent, sed omnifarij præ læticia facti & multo ornatiores & uultu magis composito, & in posterum spei maioris pleni dimitterentur. Nec

EX LUCIANO

unquam quidem uociferari uisus est, aut præter decorum in homines inuohere, aut alicui irasci, neque obiurgare ullum, sed peccata quidem perstringebat, uerum ijs qui peccarant ignoscebat, et hoc medicorum exemplo faciebat, qui morbis quidem medentur, ceterum ira aduersus morbis obnoxios non utuntur: tum peccare hominis esse existimabat, at lapsus in melius insituere Dei aut uiri Dei non absimilis existere putabat. Et hac quidem uita utens, quod ad se pertinebat, nullius rei inopia laborabat, amicos uero in honestis rebus subleuabat. Et alios certe sibi fortunatos ex bonorum adfluxu uisos submonebat, quam paruo tempore duraturis illis, ut uiderentur, bonis insolescerent. Alios uero qui aut paupertatis ergo eiulabant, aut exilium moleste ferebant, aut senectam aut morbum detestabantur; cum risu consolabatur, quod non uiderent non ita multo post, illa quæ eos moerore perturbarent, desitura esse. Et quod obliuio quædam tam bonorum quam malorum, et longo tempore mansura libertas, ad unum omnes breui inuasura sit. Ceterum et hoc ei curæ erat, fratres inter se dissidentes in cōcordiam redigere, et mulieribus apud maritos pacem procurare. Quid quod? cū populis iam in acie instructis ita seite disserebat, ut bonæ parti illorum persuaderet moderatione animi patriæ seruiendum esse. Hos uero mores ex philosophia eius hauserat, ut esset placidus, mansuetus et uultu composito. Solum

VITA DEMONACTIS

ipsum aut morbus aut mors animi necerore adsciebat.
 adeo amicitiam inter maxima quæ hominibus accidere
 possunt bona existimabat, & hoc nomine omnibus ami-
 cus erat, & non est mortalium ullus, quem non unum
 ex suis domesticis esse putarit: gaudebat aut plus aut mi-
 nus. Cum aliquibus congressus, ipsos solos exagitat et
 quotquot incurabiliore esse putaret quàm qui ulla me-
 dicina ad sanam mentem reduci possent. Sed hæc omnia
 cum magna gratia & uenere familiari & faciebat &
 dicebat, adeo ut Pitho labris eius insidere diceret. Pro-
 inde aliquando populus Atheniensium tãdem eum egre-
 gie admirabatur, & in eum ut aliquem ex optimatibus
 oculos conuertebat. Quamuis primum non parum mul-
 tos ex illis populis offendeat, nec parum inuidiæ pro-
 pter suam in dicendo & licentiam & libertatem sibi
 conflat, & quidam Anyti & Meliti in eum exarse-
 rant, eorundem criminum dicam ei impingentes, quo-
 rum dicam & quidam ex plebeis Atheniensium ei im-
 pegerant, nimirum quod non unquam sacrificare uisus
 esset, & solus inter uniuersos non sacris Eleusinijs inu-
 ciaretur, ad quas calūnias Demonax admodum præsen-
 ti animo corona ornatus & pura puta ueste assumpta,
 & in Comitia populi congressus, hæc quidem modestes
 illa uero & asperius quam pro suo instituto defendebat.
 Ad hoc quod ei crimini datum erat quod Mineruæ sacra
 non persolueret, dixit. O uiri Athenienses ne uos capite
 at admi

EX LVCIANO

et admiratio: quod non antehac Minervæ sacra persolu-
 ui, non enim eam meis sacrificijs opus habere animum
 inducebam credere. Ad alterum uero nempe de contem-
 ptis Eleusiniarum sacrorum mysterijs, hanc dixit se ad-
 ferre causam non communicati cum ipsis sacri, quod si
 illa arcana mala sint, se illa tacitum ad illos, qui nondum
 illis sacris inaugurati essent non laturum et ipsos a sacris
 auersurum fuisse: quod si bona essent, se quo esset bene-
 uolentia erga homines non potuisse continere quin om-
 nibus proderet. Proinde ferunt Athenienses iam lapi-
 des quibus cum peterent in manibus habentes è uestigio
 placidos et propicios factos esse, et ex illo cum hono-
 re adficere et colere et demum admirari incepisses
 quamuis in principio orationis ad illos exordio asperio-
 re usus esset. Dixit enim o uiri Atdenienses meum caput
 quidem corona insigne conspiciatis et uos iam me dijs
 inferis hostiam mactate: hoc enim antehac non scite di-
 xistis. Ceterum uolo aliqua ab ipso et admodum conie-
 ctanter simul et urbane dicta in medium proponere, et
 non inscitum erit si à Phauorino exordiar et ab ijs di-
 ctis, quæ ad eum dixit. Simul enim Phauorinus audis-
 set quendam qui sermones quibus inter familiariter colo-
 loquendum uteretur, risu prosequutus esset maxime can-
 tilenas illas sermonum familiarium et admodum fractum
 loquendi morem, perinde ac illiberalem et muliebrem
 tum philosophiæ minime decorum naso suspendisset, ac

VITA DEMONACTIS

cedens Demonactem interrogabat quis nam ille esset
 qui illam suā inter loquendum consuetudinem subsanna-
 ret, homo inquit Demonax auribus minime fallacibus
 præditus. Instante uero sophista, & interrogante quom-
 nam uatico instructus o Demonax à puero ad philo-
 sophiæ studium uenis? testiculis inquit. Alias aliquan-
 do ipse Phauorinus accedens sciscitabatur ex Demonax
 etc, quam nam sectam in philosophia cum primis ample-
 cteretur, hic uero, quis uero tibi philosopho nihil non di-
 xit? & digressus tum ab ipso admodum suauiter ride-
 bat. Cum uero Phauorinus rogaret cur nam rides? di-
 xit ille. Ridiculum mihi esse usum est, quod tu ex bara-
 ba illos qui philosophiæ studio addicti sint iudicare uis
 cum ipse nullam barbam habeas. Ad hæc Sidonio sophi-
 sta Athenis admodum celebri & de se ipso talem quan-
 dam laudem efficiente, quod omnis philosophiæ gnarus
 esset, non absurdum erit eadem dicere, quæ dixerat ipse
 si Aristoteles me ad Lycium uocaret sequar, si Plato in
 Academiam abibo, si Xenon ad porticum congregiars
 si Pythagoras me uocaret, silebo. Demonax cum ex ma-
 dio auditorum surrexisset, hic inquit præfatus nomen te
 Pythagorum uocat. Et cum Python quidam in Macedo-
 nia splendide cultus iuuenulus luculenta forma in Demo-
 nactem nugaretur & fallacem interrogationem inten-
 deret & imperaret ut syllogismi nexum renecteret.
 Vnum inquit Demonax noui sit quod perficis. At iuue-

EX LUCIANO

his ira percitus & simul in minas prorumpens ambi-
 gui scommatis ergo, actutum tibi admodum uirum ostē-
 dam, ubi hic cum risu interrogauit, est ne tibi uir? Sub
 hæc quidam Athleta ab ipso derisus quod cum Olympio
 nices existeret, ueste florida indutus cōspiceretur, athle-
 ta lapidem capiti Demonactis impingit, adeo ut sanguis
 efflueret, qui præsto erant perinde ac quilibet eorum la-
 pide petitus esset indigne ferebant, & clamabant ut ad
 consulem iret. At Demonax, minime gentium inquit ui-
 ri ad consulem, sed ad medicum eamus. Deinde cum ali-
 quando inter uiam aureum annulum inuenisset, schedu-
 la apud forum affixa, significabat ut quisquis annuli do-
 minus cum amisset, adesset, si pondus eius, tum la-
 pillum, cum effigiem indicasset recepturus. Venit igitur
 adolescentulus eleganti forma præditus, qui se annulum
 amisisse dicebat, at cum nihil sani dixisset, abi inquit o
 puer, & tuum ipsius annulum adserua, hunc enim non
 amisisti. Et simul aliquis ei a Romanorum cōsilio Athe-
 nas redeunti puerum oppido pulchrum, effeminatum
 & luxu fractum ostendisset, dicens. En hic meus puer
 te alloquitur, Demonax, pulcher inquit & te dignus,
 & matri similis existit. Accedit his quod Cynicum in-
 urssi pelle philosophantem, non Onoratum quod ei no-
 men erat, sed Arcesilaum nominare dignabatur. Interro-
 gatus quis ei fœlicitatis finis esse uideretur: solum inquit
 fœlicem liberum existere. Et cum ille diceret multos li-

VITA DEMONACTIS

beros esse: respondit Demonax, illum existimo qui non
 inier spem timoremq; dubius suspensus est: tū ille ecquo
 modo inquit hoc quis poterit? omnes ut plurimum ab
 his in seruitutem redacti sumus. Atqui inquit, si homi-
 num res perspectas habueris, ipsas nec spe nec timore
 dignas cōpereris, cum penitus, & hæc quæ moerore ho-
 minem adficiunt & quæ iucunditate perfundunt deflo-
 rescant Quid quod peregrino Proteo eum increpan-
 te, quod multo risu labra eius diffuerent, & quod ho-
 minibus illuderet, & dicente Demonax non canem
 agis? Respondit Demonax, Peregrine non hominem rea-
 fers. Enimvero Physicum quandam de Antipodibus disse-
 rentem cum assurrexisset ad fontem duxit, & ostensa ei
 in aqua umbra interrogauit eum tales igitur Antipodes
 esse dicis. Sed & cum quidam se Magum esse iactaret
 & sibi esse incantationes ualidas adeo ut ab illis nulli nō
 persuaderentur & sibi quæ uellet suppeditarent, dice-
 ret ei Demonax: ne miratus inquit sis nam & ipse tua
 artis æmulus sum, & si stat sententia sequere ad uendi-
 tricem panum & me una incantatione & paruo phar-
 maco eam inducere ut mihi det panem conspexeris, ala-
 ludebat autem tacite ad numisma quod incantationi simi-
 le nihil non posset. Deinde Herodes oppido quam luge-
 bat ob præmaturam Pollucis obitum & currum ei iun-
 gere & equos perinde ac in uitam postliminio reduuro
 adstare destinabat, & coenam instruebat. Demonax ue-
 ro ad

Po ad Herodem accedens, à Polluce inquit tibi epistolam
 quandam adfero. At ille cum sibi persuasisset & animū
 induxisset credere, quod ut fieri solet, & ipse una cum
 alijs communi luctu eius teneretur, dixit ad Demonax-
 tem, quid igitur Pollux uult? mox ille incusat te inquit
 quod non se accedas. Cæterum ille ipse Demonax acce-
 dens quendam qui filium lugebat, & in tenebris detine-
 batur se magum esse profitebatur, & posse ei pueri si-
 mulachrum reducere, si solum tres quosdam homines
 nominasset, quorum non ullus luctu prosequutus foret:
 at cum ille aliquādiu rubore perfusus hæeret animi, nō
 enim poterat huiusmodi ut ego opinor aliquem in me-
 dium producere, tandem inquit Demonax, o ridicule,
 solus te intollerabilia pati existimas, qui nullum luctus
 expertem esse uides? Porro & illos qui in congressibus
 uocibus admodum uetustis & peregrinis uterentur de-
 ridere solebat. Vni igitur interroganti ex ipso oratio-
 nem quandam & supra modum Attice respondentis ego
 inquit te o sodalis nunc interrogauī, tu uero mihi non
 aliter atque de Agamemnone respondes. Cum aliquis
 ex sodalibus diceret abeamus o Demonax ad Aesculā-
 pium, & pro filio uota nuncupemus, sane quam inquit
 surdum Aesculapium existimas, si nō & hic nos uorum
 facientes audire potis est. Cum uidisset aliquando duos
 quosdam philosophos oppido ineruditos in disceptatio-
 ne litigantes, & unum quidem absurda interrogantem,

VITA DEMONACTIS

alterum uero nihil ad rem respondentem. An non uidentur nobis inquit o amici unus horum hircum mulgeres alter uero cribrum ei supponere? Et aliquando Agathocle Peripatetico plurimum insolescente quod ipse solus & primus inter dialecticos esset inquit Demonax: atqui o Agathocles, quod si primus, non solus, si uero solus non primus. Et cum Cethegus uir consularis aliquando per Græciam, patri legatus fururus in Asiam proficisceretur, & multa deridicula & diceret & faceret, simul ac sodalium aliquis hæc uidet, dixit ipsum Cethegum magnum scelus existere. Non per Iouem inquit o Demonax neq; magnum. Et cum aliquando Apollonium philosophum cum multis discipulis egredientem conspexisset, iam enim quintus abiuerat, perinde ac propter institutionem puerorum rex futurus esset, accedit inquit Demonax, Apollonius ille & Argonautæ eius. Alij aliquando sciscitanti, an ei anima immortalis esse uideretur, immortalis respondit sed ita, ut omnia. De Herode dicebat Platonem qui non unam animam esse statueret uera consentanea dixisse. Non enim eiusdem esse animæ. Regilæum & Pollucem non aliter ac si uita potirentur conuiuio excipere & huius non absimilia meditari. Ausus fuit & aliquando ubi uaticinium audiuerat, Athenienses publice interrogare, quamobrem Barbaros excluderent, maxime cum Eumolpus Barbarus & Thrax existens, ipsis sacrificia constituisset. Deinde cum ei aliquando
hyemis

hyemis tempore nauigaturo aliquis amicorum dixisset.
 An non metuisti ne submersa naue a piscibus deuoreris?
 Certe stolidus inquit Demonax essem si a piscibus deuorari grauarer, qui tantos pisces deuorarem. Rhetori cui-
 dam pessime declamanti consuluit ut se exerceret & ad
 declamandum se prepararet. Dixit ille, ego meo Marte
 semper dico, merito inquit Demonax hæc dicis stulto
 usus auditore. Et cum uatem qui publice accepta mercede
 uaticinabatur uidisset, non uideo inquit cuius rei gra-
 tia mercedem exigas, si enim aliquid quod fato imposi-
 tum existit mutare potes, parum petis quantum quanti-
 petas, si uero ut Deo uisum est, omnia erunt quid tua ua-
 ticipandi ars potest? Sene quodam Romano bene habito
 corpore existente & armatam ei pugnam ad clauum li-
 gneum ostendente & interrogante, quomodo tibi o De-
 monax pugnassee uideor? Pulchre inquit ubi ligneum ad-
 uersarium habueris. Atqui ad interrogationes dubias ad-
 modum coniectanter instructus erat. Interrogante enim
 quodam idq; subsannandi studio si nulle minas lignorum
 comburerem, o Demonax quod minæ fumi fierent, stae-
 tue inquit cinerem & quicquid reliquum est finis est.
 Cum Polybius quidam homo admodum ineruditus & so-
 locis mis scitens dixisset, Rex me Romanorum republi-
 ca honorauit. Utinam inquit Demonax, te Græcum po-
 tius quàm Romanum fecisset. Conspicatus quendam ex
 splendide cultis torqualis plurimum propter latam pur

VITA DEMONACTIS

puram supercilium adducentem: Demonax ad aurem eius inclinatus, & ueste comprehensa, & ostensa hæc ouis inquit antehac gestabat & ouis erat. Deinde cum se lauans in aquam feruidam descendere grauatus esset, & aliquis eum ut timore perculsum incusasset. Dic mihi inquit pro patria idem passurus eram Interrogâte quodam, qualia putas esse ea quæ apud inferos sum? Præstolare inquit, & illic te amandabo. Cum Admetus poëta quidam malus dixisset se Epigramma monometrum scripsisse quod quidem in testamento ipsius columnæ inscribi iussisset, nec uero absurdum fuerit si ipsum ostendamus γὰρ λαβὴ ἀδμήτου, ἔνδ' εἰς θεὸν αὐτός.

Admetus superos petijt, terra ipsa recepit.

Tegmen. In risum prolapsus dixit adeo pulchrum est Admeti hoc epigramma, ut ipsum iam inscriptum columnæ uelim. Et cum aliquis confpexisset in cruribus eius ea quæ senibus communiter accidunt, interrogauit Demonactem quid hoc o Demonax? hic uero ridens, Charon inquit me morsu petijt. Et cum Lacædemoniū quendam suum ipsius ministrum flagello cedere uidisset, desine inquit, seruum tecum in eodem honore ponendum ostendis. Et Danae quadam fratrem in iudicium uocante te uoca in iudicium inquit. Non enim es Danae illa Acrisij filia. Impensissime uero cum illis philosophis bella gerebat, qui non ex animo, & ut res erat sed ad ostentationem philosophabantur. Cum igitur unum quendam ex

Cynicis

EX LUCIANO

Cynicis confpicatus esset lacernam & peram habentem
 & baculi loco horribiliter rudentem, & dicentem,
 quod Antisthenis & Cratetis & Diogenis amulus sit:
 ne memire inquit. Tu enim Hyperidis discipulus existis:
 & simul multos Athletas male depugnantes conspexis-
 set ut qui præter legem a præfecto certaminum sanc-
 tam, cum alter cum altero luctari deberet erectis digi-
 tis citra corporis totius congressum se mutuis moribus
 configerent, non iniuria inquit ij qui comitantur Athle-
 tas nostra tempestate leones uocant. Illud uero & ab ip-
 so profectum urbanum & mordax simul, & apud pro-
 consulem dictum est, qui cum picaret ac unguento obli-
 neret & crura & totum corpus, Cynicus ad lapidem
 ascendens hoc ipsum damnabat & in effeminatos illos
 mores scommata iaculabatur, ob quod iratus proconsul
 Cynicum dilacerari iussit & futurum erat ut uel lignis
 comminueretur uel exilio mulctaretur, sed Demonax
 adsistens ei solita Cynicorum libertate dicendi auda-
 cter usque ueniam deprecabatur. Et cum consul diceret,
 nunc tibi ipsum dimittos quod si uero in posterum tale
 quid ausus fuerit, quam poenam luere dignus est? & De-
 monax tunc ipsum unguento oblini ut depiletur iubet.
 Alij cui exercitus simul & imperium in maximam ge-
 tem a rege conceditum erat, interrogantis quamam ra-
 tione optime suis præesse posset, respondit, si non ira fre-
 na laxes, & si pauca quidem loquaris, multa uero audis.

V I T A D E M O N A C T I S

as. Sciscitanti cuidam an & placentis uesceretur? Res-
 pondit, putas apes stultis fauos ponere? Et cum in por-
 ticu statuam manu mutilam uidisset, scro tandem inquit
 Athenienses Cynagirum imagine ærea honorasse. Atqui
 Ruffinum illum Cyprium claudum uero illum dico Pe-
 ripateticum, quamplurimum in Academia commoran-
 tem conspiciat. Nihil inquit impudentius Claudio peri-
 patetico. Deinde aliquando Epictetus obiurgans simul
 consulebat ei ut uxorem duceret & liberos pro-
 crearet: Deceret enim & hoc philosophum, alicrum
 suo loco naturæ relinquere, mordacissime ei respondit.
 Igitur o Epictete da mihi aliquam tuarum filiarum. Cæ-
 terum & illud ad Erminū Aristotelicum dictum memo-
 ratu dignum est. Demonax gnarus ipsum omnium po-
 stremum existere, & innumera mala designare, & Ari-
 stotelem ac decem prædicamenta in ore habere. Ermi-
 ne inquit reuera dignus decem accusationibus existis.
 Et cum Athenienses aliquando emulatione Corinthi-
 orum prouocati spectaculum singulari certamine con-
 gredientium constituere animum inducerent, accedens
 ad ipsos Demonax, ne prius inquit hæc, o Athenienses
 decreueritis, quam Misericordiæ aram subuerteritis.
 Sub hæc ipsi aliquando ad Olympicum certamen uenien-
 ti Elei imaginem æream decreuerunt. At ille minime
 gentium inquit, o uiri Elei, ne uideamini in maiores ue-
 stros probrosi esse, ut qui neq; Socratis neq; Diogenis
 imaginem

EX LVCIANO

imaginem constituerint. Audiui uero & ipsum aliquando in legum expertem hæc dicere, quod si non usitentur in periculum ueniant siue malis siue bonis scribatur: hi enim legibus opus non habent, illi uero ex legibus nihil meliores euadunt. Inter Homerum uersus unum maxime compertum habebat.

καταὐτὸν ὁμῶς ὅ, τ' ἀεργὸς ἀνὴρ, ὅ, τε πρὸς ἀ
εργῶς.

Id est,

Occidit ignarus non forti fuere eodem: Quid quòd et Therpsitè ut Cynicū quēdā oratorē laudibus uchebat. Interrogatus aliquādo quis philosophorū ipsi arrideret, dixit oēs quidem mirabiles sum. Ego uero Socratem quidem colo. Admiror uero Diogenem, & amore prosequor Aristippum. Vixit uero annos ferè centum non ullo morbo uexatus, nulla tristitia adfectus, nulli negotium facessens aut ab ullo aliquid precibus contendens. Amicis utilis. Inimicus non unquam ei fuit ullus, & Athenienses ipsi tanto amore cum complexi sum, imò & uniuersa Græcia adeo eius amore flagrauit, ut etiam magistratus ei prætereunti assurgerent, & silentium ab omnibus fieret. Tandem uero, iam supra modum senio confectus existens non uocatus, in quamcunq; domum uenerit ingressus, coenabat, & somnum capiebat. At domus incolæ hæc ratione deum quendam illis uidendum

VITA DEMONACTIS

oblatus & bonum quendam genium ad ipsos domum
 successisse existimabant. Et panum uenditricēs prae-
 euntem ad se retrahēbant, qualibet cupiens, panem ab
 ea ut acciperet, & quae dederat in magnae foelicitatis lo-
 co ducebat. At qui pueri patrem nominantes fructus ei
 adferebant. Et seditione aliquando Athenis coorta in
 Comicia ingressus & uisus solum conticescere ipsos fe-
 cit. Hic uero Athenienses poenitentia ductos uidens, nul-
 lo uerbo facto & ipse abiit. Quando uero intellexerat
 se non posse sibi opulari, ad illos qui praesto erant uero-
 sum illum praecōibus peculiarem cixit.

Finis quidem adest certaminis pulcherrimorum praemiorum procuratoris.

Tempus uero uocat amplius ne ui morer.

Et a rebus omnibus exclusus uultu composito & quan-
 tu nunquam non ijs quibus cum colloquebatur uisus erat
 e uita excessit. Non ita uero multo ante obitum cum qui-
 dam diceret de sepultura quid iubes? Ne rebus inquit ni-
 hil ad me pertinentibus implicemini: odor enim me sepe-
 liet. Subijciente uero illo an non turpe talis uiri corpus
 auiculis & canibus cibum obijci? Atqui inquit Demonax
 non absurdum hoc, siquidem & mortuus animalibus qui-
 busdam usui futurus sum.

At uero Athenienses & ipsum publice, cum admo-
 dum decora pompa sepelierunt, & quamplurimum lu-
 xerunt, & sedile ligneum super quo quando sessus erat,
 requiescere

EX LVCIANO

requiescere solebat adorauerunt, & coronis idq; in honorem uiri huius ornarunt, & lapidem super quo sedebat sacrum esse existimantes. In funus nemo non processit, & maxime philosophi: hi enim corpus eius effrentes ad sepulchrum usq; ipsum deferbant.

Hec pauca admodum ex multis eius factis in memoria habui, & ex illis, ij qui legunt perpendere possunt, qualis ille uir fuerit.

FINIS VITAE DEMO
NACTIS EX
LVCIANO.

PSALMVS.

CXXVII.

Nisi dominus edificauerit domum &c.
Qui docet Deum esse custodem uitæ
nostræ, & gubernare totum
uitæ cursum.

Authore Philip. Mel.

Quod struis, & cælo certas educere molem
Frustra erit, hoc condat ni Deus autor opus
Quod uigilas, urbemq; tuo uis Marte tueri
Falleris excubias ni Deus hic tibi agat.
Et quanq̃ gratos somnos abruperis, ante
Quam reuehit clarum Lucifer ipse diem.
Longa dies quamuis tristi consumpta labore est.
Ac operæ partem nox quoq; sera trahat.
Nil tamen assidue profunt curæq; laborq;
Si non aspirent numina summa tibi.
Non domus ipsa sibi, non urbs creat ipsa patronos,
Fœlices ciues datq; facitq; Deus.
Impetus est qualis uolucris, rapidæq; sagittæ
Figitur in iusso quæ procul acta loco.
Sic quoscunq; rapit diuinus spiritus illos
Virtuti cogunt cedere cuncta suæ.
Non fortuna uiros, non uirtus deserit unquam
Nec ruitura suæ moenia sunt patriæ.

Idem

IDEM PSALMVS

Autore Eobano Hefſo.

NI Deus ædificet, frustra domus illa paratur,
 Quam uolet humanus constituiſſe labor.
 Ni Deus inuigilet frustra cuſtode tuentur,
 Qui ſeruant uigiles moenia celsa uiri.
 Ante reuerſuram nil prodeſt ſurgere lucem,
 Integras noctes nil uigilare iuuat.
 Anxius es, metuiſq; famem, nimiumq; laboras,
 Falleris, eſt ſoli cura trahenda Deo.
 Cui uolet ille dabit, ueluti per ſomnia, quicquid
 Humane ratio carnis habebit opus.
 Illuſ eſt manus numeroſe gratia prolis,
 Nonne uides fruſtus hoc decus ille dedit?
 Vt feriunt rapide quod iuſſerit ipſe ſagittæ,
 Qui ualida ſurgit fortis in arma manu.
 Sic hominum fertur quo iuſſerit ipſe iuuentus,
 Qui regit arbitrio cuncta creata ſuo.
 Talibus ô ſœlix cui plena pharetra ſagittis,
 Hic facile infidi coneretur hoſtis opes.

IDEM PSALMVS

Παφλαςικῶς.

FAllit in humanis operum fiducia rebus,
 Dum proprijs fieri uiribus illa putat.

PSALMV 3

Nam nisi rem quamuis Deus auxilietur agenti,
 Quod facis in uanum defluet omne tibi.
 Siue etenim celsis æquas fastigia tectis.
 Et uaria pulchras extruïs arte domos.
 Vis diuina tuam nisi prouchat ipsa laborem.
 Quod facis hoc nullum pondus habebit opus.
 Siue tuo te posse putas custode tueri.
 Excubisue paras moenia tuta tuis.
 Quid facis heu demens? nisi te tueatur & urbem
 Dextra Dei, frustra quæ facis ista facis.
 Ante renascentem quid prodest surgere phœbum?
 Et nullum curis constituisse modum?
 Nec minus insomnes uigilantem ducere noctes.
 Tam ratio est fallax, quàm sine mente labor.
 Improbacur uanas consumis in ocia curas,
 Aegraq; non aliqua membra quiete leuas?
 Semper ut infirmum corpus iuuat, anxia mens est
 Et minima seruit conditione sibi.
 Vsq; adeo ne tuam torpens obliuio mentem
 Detinet, ut rebus non putet esse patrem?
 Ille quidem pater est, & ut est, ita nostra gubernat
 Cuncta opera, & nomen iure parentis habet.
 Ille tibi semper pater expectandus, ab illo
 Cuncta feres iusta quæ ratione petes.
 Ille domos multa dat & auget prole beatas,
 Humane non est hoc rationis opus.

PSALMVS

Qualis enim leuibus uis est, & quanta sagittis

Quas iacit arbitrio Martia dextra suo.

Talis inest uiridi uigor & natura iuente,

Quam Deus arbitrio temperat ipse suo.

Fœlix cui tales pharetram impleuere sagittæ,

Huic nil quo noceat perfidus hostis habet.

Hic in iudicio portis cum stabit apertis

Semper ab aduerso iudice saluus erit.

Finis

MAGANOAE EX OF
FICINA PETRI
BRVBACHII
AN. XXXV.

1860549

